М. Ю.

ВАРШАВСКІЙ
ГЛАВНЫЙ АРХИВЪ
ДРЕВНИХЪ АКТОВЪ.

Залъ Г.
Шкафъ 3. Полка 6
№ 29.

№ 8vo

A
Privilegiu
Cessionum
rumque
R
Serenissi
Au
Dei Grati
etc: Duce
C
Illrmi et
à Malachor
cellarij Ost
Aquilæ Al
Illrmi Excell
Wodzicki
batis Comm
cancellar
Generosi
rum Metr
Sacræ Reg
Aulorum

ACTA

Privilegiorum, Inscriptionum,
Cessionum, Donationum, varia-
rumque Transactionum

REGNANTE.

Serenissimo ac Potentissimo Principe

AUGUSTO III.

Dei Gratia Rege Poloniæ, M. D. Litt.
etc: Duce Saxoniæ, & Principe Electore

Cancellariatu

Illrmi et Excellmi Dni Joannis Comitis
à Malachowice Malachowski Supremi Dni Can-
cellarij Ostrolęcen et Bucniowien Capitanei
Aquilæ Albæ Equitis.

Vicecancellariatu

Illrmi Excellmi et Rmi D. Michaëlis Comitis de Grano
Wodzicki Decani Cathedralis Cracovien. Ab-
batis Commendatarij Cervenen et Claræ Tumbæ Vi-
cancellarii Regni:

Notariatu

Generosi Ignatij Ludovici Nowicki Acto-
rum Metricæ Regni, Majoris Cancellariæ Præfecti
Sacræ Regiæ Majestatis Secretarij:

Annorum 1756, 1757, 1758, et 1759:

Oblata
slaw
Augustu
modò co
gni Can
liter com
szlewski,
majenti
Actis C
continer
Civitat
Libertat
salvum,
nota ca
lis. Wy
ckich,

Actum Varsaviæ Feriâ
Quartâ pridie Festi Sancti
Pauli Primi Eremitæ, Die sti:
licet Decimâ Quartâ Mensis
Januarÿ Annô Domini Mil:
lesimô, Septingentesimô, Quin:
quagesimô, Sextô.

Oblata oblata Privilegÿ Civitati Za:
slaw servientis.

Augustus III. &c. Significamus &c. Quo:
modò coram actis præsentibus Metrices Re:
gni Cancellariæ Nostræ Majoris persona:
liter comparens Generosus Vladislaus Dy:
szlewski, obtulit ad acticandum, actisq;
præsentibus inscribendum Extractum ex
Actis Castrensibus Cremenecensibus,
continentem in se Oblatam Privilegÿ
Civitati Zasław á Nobis benignè super
Libertatibus collati, et servientis, sanum,
salvum, et illæsum, omniquè suspitionis
nota carentem tenoris, qui sequitur ta:
lis. Wypis z Xiąg Grodzkich Krzemieńc:
ckich, Roku Tysiąc, Siedmset, Pięćdzie:
siątego

siątego Piątego, Miesiąca Decembris Dwunaste:
go Dnia. W Roczki Sądowe Prodzkie Krzemienie:
ckie od Dnia Dwudziestego Siodmego Miesiąca No:
vembris Roku teraz idącego wzwyż na akcie ex:
primowanego przypadte, y Sądownie odprawowac
się zaczęte przezemną Piotrem Antonim z Drze:
wca na Baszarowce Borszą Drzewieckim Podcza:
szym Wołyńskim, Podstarościm Prodzkim Krze:
mienieckim, y Aktami niniejszemi Prodzkie:
mi Krzemienieckiemi. Comparens personaliter
Wielmożny Imść Pan Antoni Michał Cecenio:
ski Łowczy Ciechanowski Plenipotens Jaśnie Oświe:
conej Xiężny Jey Mći Barbary z Hrabiow Duninow
Sanguszkowey Marszałkowey Wielkiey W.o X.a Litt:
ten Przywiley aliàs Ius Theutonicum Maideburg:
gense od Nayiaśnieyszego Krola Imći Augusta
Trzeciego, szczęśliwie Nam panuiącego na par:
gaminie pisany z podpisem Ręki tegoż Nayia:
śnieyszego Monarchy Polskiego, tudzież z podpi:
sem ręki JWJmći Xiędza Jana Kłoszowskiego ka:
nonika Katedralnego Przemyskiego Sekretarza
Pieczęci Koronney, y z pieczęcią Koronną u te:
goż Przywileiu w puszcze blaszaney wiszącą,
Miastu Zasławiu ratione intro contentorum konfero:
wany, w którym Przywileiu na trzeciey paginie
na karcie znayduie się odrysowany na pieczęci tey:

że May:

— — że Maydeburyi Zastawskiey nadany Herb. dla
— — w pisania do niniejszych Xiąg Grodzkich Krze:
mienieckich per oblatam podat, ktorego to Przywile:
iu tenor iest takowy. Augustus Tertius Dei Gra:
tia Rex Polonia, Magnus Dux Lithvania, Russia,
Prussia, Masovia, Samogitia, Kijovia, Volhynia,
Podolia, Podlachia, Livonia, Smolenscia, Severia,
Czerniechovia q, nec non Hæreditarius Dux Saxo-
nia, et Princeps Elector. Significamus præsen:
tibûs Literîs Nostrîs, Universis, et singulis quo-
rum interest. Expositum Nobis plenè esse per
certos Consiliarios Nostros Nomine Magnifi:
ca Barbara de Skrzynno Duninowna Ducis:
sa Sanguszkowa Suprema Magni Ducatûs
Lithvania Mareschalca Matris, tùm Nosorum
Josephi Capitanei Nostri Cremenecensis, et
Czerkassiensis, Hieronymi, et Januss̄ij Duum
Lubartowiczow Sanguszkow, olim Mgci Pauli
Caroli Ducis Lubartowicz Sanguszko Mareschal:
ci Nostri Supremi in Magno Ducatu Lithva:
nia, ac inter alia Bona ejus opima, Bonorũ
totius Ducatûs Zastawien̄ Hæredis Consortis
relicta, et Filiorum, ac dicti Ducatûs actua:
lium ad præsens Hæredum, ac Possessstricis.
Qualiter Civitas dicta Zaslaw in Palatinatu
Volhynia, et Districtu Cremenecen̄ sita, tan:

quàm

quàm prænominati Ducatûs Zastaviensis Caput,
et inter alias Civitates, et Oppida Volhynensia
antiquissima; Quia adhuc á Principibus anti:
quis Russiæ protuni Dominatoribus erecta, pro:
ut arcibus, et manijs muratis ex antiquo mu:
nita fuerat. Ita etiam succesu temporis nontan:
tùm ad decorem sui, verùm ad Bonum Ordinem
intra se retinendum, justitiam colendam, et In:
colis ejusdem Civitatis Libertates ampliandas non
alio Jure, quam de singulari favore, et Gratia Se:
renissimorum Regum Poloniæ, et Supremorum
Magni Ducatûs Lithuaniæ Ducum Prædecesso-
rum Nostrorum Theutonico /: quod etiam Ma:
gdeburgense appellatur :/ privilegiata, more,
et Praxi consueta aliarum Civitatum, et oppi-
dorum Regni Nostri Poloniæ, et M. D. Lit.
diutissimè gaudebat, et ad tempora Univer=
salis in oris Volhyniæ per Cosacos infestissimos
sub tempus Rebellionis Chmielnicciane liberè
utifruebatur. Cùm autem eo ipso tempore Re:
bellionis Chmielnicciane prædicta Civitas Za:
staw unà cum alijs minoribus Oppidis in pra:
fato Ducatu Zastaviensi protuni existentibus,
malitia, et sevitie Tyrannica Cosacorum rebelli-
santium, non tantùm opibus suis spoliata,
verùm menijs, et arcibus dirutis Domibus,

ac ipsis

ac ipsis templis combustis, in Personis Incolarum se se defendentium strage maximè edita, penitus deso-
lata sit, et ferme de fundamentis primis eversa exti-
tit, eò tunc temporis, et Privilegia omnia Civitatis
in cassum, et lapsum abiere solo nisi Civitatis, et Juri-
um antiquorum vestigio in memoria hominum
relicto. Sed postquàm supramemoratus olim Mgcus
Paulus Dux Sanguszko prædictam Civitatem Za-
slaw studio sui, et impensis suis notabilibus ex
antiquis illis ruderibus in meliorem statum redu-
xisset, Incolas plures ad inhabitandum eandem lo-
casset. Templis Divinis veteribus collapsis reædi-
ficatis, et novis erectis, ac plurimis ædificijs muratis no-
vis ad decorem, utilitatemq́ ibi habitantium, et sæpe
transeuntium commoditatem extructis in formam
debitam Civitatis redegisset, de qua moderno tempo-
re debite ad ærarium Reiplicæ, et Palatinatûs, ut
ex alijs Civitatibus, et Oppidis penduntur Contri-
butiones, et alia onera supportantur publica.
Ut etiam Civitas eadem ad pristina sui Jura, et for-
mam more alianum Civitatum majorum, et oppi-
dorum minorum Regni Nostri reverti possit. Pro-
inde Nos ad supplicationem supradictæ Mgcæ
Barbaræ Ducissæ Sanguszkowa, quàm Filiorum
ejusdem præmemoratorum Nobis factam, tum
singularem tam ergà Divæ Memoriæ Sereniss-

simum

simum Augustum Secundum desideratissimum
Parentem, et Prædecessorem Nostrum Regem
Poloniarum, quàm erga Nosmet ipsos propensio-
nem devotam, et illibatam Fidelitatem continu-
um, et exemplarem in promovendo bono publico
zelum, innumeraq́ alia in Nos, Patriamque su-
am merita, sæpius supramemorati olim Magni-
fici Pauli Caroli Ducis Lubartowicz Sanguszko-
Supremi M.D.Litt.ae Marschalci Nostri, optimè eti-
am oculis Nostris Regijs perspecta habentes, ad si-
miliaq́ Nobis, et Patriæ suæ exhibenda, suprascri-
ptos Nostros Filios ejusdem promptiores, et alacri-
ores habere, et faciere cupientes, in recompensam
Paternorum meritorum antequàm ad uberiorem
eisdem præstandam Gratiam Nostram Regiam uti-
lior, et convenientior Nobis se offeretur occasio,
nunc faciendum esse duximus. Ut Locationem præ-
dictæ Civitatis Zastaw, tàm vetustiorem, quæ di-
citur Stary Zastaw, quàm, et recentiorem, quæ
vulgo appellatur Nowe Miasto, unà cum earundē
utrarumque Locationum Suburbijs, et Circumferen-
tijs ad easdem spectantibus, in unam compagem
reductas pro vera, et indubitata Civitate, una
approbāmus, et innovaremus, prout quidem pra-
sentibus Literis Nostris innovamus, confirma-
mus, et perpetuò duraturam approbamus.

Ac Stemma

Ac Stemma tale, prout in hoc Privilegio Nostro ar:
te Pictoris est exaratum, ad munienda quasvis Tran-
sactiones /: tu natym mieyscu u tego Przywileiu
Stemma odrysowane znayduie się:/ Juridicas, et
Literas privatas eidem Civitati veteri, et antiquæ
Zastaw Authoritate Nostrâ Regiâ tribuimus.
Ut autem hæcè Civitas Zastaw dicta, utriusquè
Locationis ad meliorem conditionem, statum, de:
cus, et incrementum devenire queat; Incolis ejus:
dem Universæ Civitatis, tam Civitatensibus, quàm
Suburbanis præsentibus, ac futuris. Jus Theuthon:
cum Magdeburgense plenum /: quod antiquitùs
in eadem Civitate vigore antiquorum Privilegi:
orum sub hostilitatem Cosaticam deperditorum
vigebat :/ renovando, damus, et concedimus, removen-
do ab eis, et Civitate præfata omnia Jura Terrestria
Polonica modos, et consuetudines universas, quæ Jus
Theuthonicum perturbare consueverunt. Eximen:
tesquè dictam Civitatem universam Zastaw, et
ejusdem omnes Incolas, et Suburbanos Christia:
nos præsentes, et futuros, prout eximimus, et libe:
ramus harum serie Literarum perpetuò, et in æwi
ab omni Jurisdictione, et potestate omnium, et
singulorum Nostrorum, et Regni nostri Palati:
norum, Castellanorum, Capitaneorum, Judicu,
Subjudicum, et quorumvis Officialium, et Mi-
nisterialiu

nisterialium eorundem. Itaq; coram Ipsis, aut ali:
quo eorum seorsim pro Causis tam Magnis, quàm
parvis fundi Contractuum, et quibusvis excessibus
vel rebus Citati parere, vel respondere, ac ob non com-
paritionem, et condemnationem quamcunq; aliquas
panas persolvere non tenebuntur, sed coram ad=
vocato suo pro tempore existente Jure Theutho=
nico Magdeburgensi respondebunt. Advocatus ve:
rò coram suo Domino, aut Dominis Hæreditarijs
vel eorum Legitima posteritate Hæredibus in Za:
slaw nonnisi eodem Ipso Jure Theuthonico omni-
bus de se querulantibus respondere tenebitur
et debebit. In Causis verò omnibus tàm Civilibus
Successionum fundi, et contractuum, quàm cri=
minalibus, puta furti, homicidij, membrorum
mutilationis, violationis, iuendij, et quorumuis
delictorum maleficiiorum, excessuum, et crimi:
num omnium eidem advocato pro tempore
existenti cum Scabinis, et Juratis prædictæ Civi-
tatis intra metas, et limites ejusdem nonnisi Ju:
re Theuthonico secundùm dispositionem, et for-
mam Ipsius, plenam damus, et concedimus fa-
cultatem, Authoritatemq; audiendi, cognoscen:
di, Judicandi, Sententiandi, corrigendi, conde=
mnandi, et ultimo supplicio excessivos pleeten:
di in eumque finem, et Ministrum Justitiæ Car-
nificem in eadem Civitate conservandi, necnon
et Subditos

et Subditos quosvis Ducatûs Zastaviens proprios, si aliqui crimine notati, ad Judicium ejusdem advocati adducti, et in potestatem ipsius traditi fuerint, consensu tamen, et voluntate veri, et legitimi earundem crimine notatarum Personarum Hæredis, aut Domini interveniente judicandi, et pro qualitate excessûs, etiam ultimô supplicio puniendi tenore præsentium ad præmissa mediante. Permittimus præterea suprascriptis Mgcis, ac Prosis Dnibus Sanguszkom, eorumquè legitimæ posteritati, seu potiùs veris, et legitimis Hæredibus et Dominis in Zastaw pro tempore existentibus ad majorem, et sufficientiorem Locationem sæpememoratæ Civitatis Zastaw homines cujuscunquè Nationis, Sexûs, et Conditionis / præter eos, quos Leges Regni Nostri fovere non permittunt / conducere, locare, ijsdem conducendis, et ad præsens inhabitantibus, formulam regiminis intra eandem Civitatem gerendi conscribere. Fraternitates, seu Contubernia quorumvis artificum more, et jure aliarum Civitatum, et Oppidorum majorum, et minorum Regni Nostri instituere, manufacturas, et mercimonia omnis generis erigere. Advocatum, Magistratum, Viratum, Officium Pupillare, eligere, constituere, Orphanotrophium extruere, Proventus Civitatis circumscribere, demùm quicunq ex artificum famulis, sive Socialibus

vè Sodalibus in Contubernio quocunquè ejusdem Civitatis manumissus, et liberatus, vulgo wyzwolony extiterit, pro Magistroq́ in Artificio suo, vel pro Sodali ibidem in Civitate Zaslawiensi agnitus fuerit, hâc suâ manumissione id est wyzwoleniem in alijs Civitatibus, et Oppidis Regni Nostri circa Officiosas patentes sibi á Contubernio Literas datas, gaudere eidem licitu erit, ac agnosci pro Sodali, et Confratre idest Wyzwolonym, magistroquè ab omnibus tenebitur. Quò verò hæcè Civitas uberiorem Gratiam Nostram experiri queat, omnes Incolas ejusdem in Patrocinium, et Protectionem Nostram Regiam assumimus, eosquè omnes, et singulos ab omnibus violentijs intra Limites dictæ Civitatis, et ubicunquè itinerantes, commorantesq́ Literis Salvi Conductûs Nostri munitos esse, et fore debere declaramus. Volentes insuper Civibus, negotiatoribus Artificiorum Artificibus cæterisquè Incolis, et Suburbanis prædictæ Civitatis Zaslaw benignitate Nostrâ Regiâ prospicere. In eadem ipsa Civitate, præter antiqua Fora annua unius Diei, et Fora Septimanalia bina, hactenus in hac Civitate usitata, et celebrari solita, quæ præsentibus Literis Nostris conservamus, et

in dorum

in ævum approbamus, etiam Fora Annua nova bina solenniora; Primum pro Festo Ritûs Romani SS. Petri, et Pauli apostolorum, alterum pro Festo Ritûs Romani Sancti Thomæ apostoli, quodlibet illorum per duas Septimanas integras duratura, sine tamen præjudicio aliarum Civitatum, et Oppidorum Vicinorum celebratura, de singulari Gratia Nostra superadimus, perpetuò concedimus, indiximus, et instituimus, et tàm antiquiora Fora Annua, et Septimanalia, quàm ad præsens concessa nova pro institutis, et indictis haberi decernimus per præsentes, dantes etiam facultatem dictis Incolis, Civibus, et Suburbanis ejusdem universæ Civitatis Zastaw, Fora ipsa utrâq; tam annualia, quàm septimanalia sabbatho tamen præjudicio aliarum Civitatum, et Oppidorum vicinorum: / diebus, et temporibus ab antiquo consuetis, et nunc statutis supra expressis more aliarum Civitatum, et Oppidorum Regni Nostri agendi, celebrandi, et exercendi omnibusq; et singulis Mercatoribus, Vectoribus, Negotiatoribus, artificibus, Institoribus, Civibus, Oppidanis, Villanis, ac hominibus cujuscunq; Statûs, Sexûs, Ritûs, et conditionis existentibus ad præditam Civitatem Zastaw pro diebus, et temporibus statutis, tam nundinarum annualium

Annualium, quàm Fori Septimanalis cum mercibus, Mercimonijs, in quauung materia, forma, et specie existentibus, ac rebus venalibus quibuscunquè veniendi, easdem res, et merces exponendi, vendendi, cõmendi, commutandi, et alia genera negotiationum cum quibuscung Personis undecung venientibus exercendi, equos, pecora, et pecudes omnis generis conducendi, vendendi, mutandi; Omniaquè genera carniũ liberè mensis ad id praparatis venum exponendi, secundùm consuetudinem aliarum Civitatum Regni Nostri. Euntes itaq profitiscentes, commorantes, ac redeuntes omnes, et singulos ad easdem, et ex ijsdem nundinis annualibus, et Foris septimanalibus, Literis Salui Conductûs Nostri munitos esse declaramus, et pronuntiamus, præter eos, quos Jura, ac Leges fovere non permittunt, et quibus proborum hominum consortia meritò sunt denegãda. In qua quidem Civitate Zaslaw supra memorati Hæredes, et eorum Legitima posteritas de mensis, ac bancis omnium generum carniũ venditioni locatis, et ab alijs omnibus et singulis rebus, et mercibus, quocunquè nomine vocitatis venalibus, et venum expositis sub tempore Nundinarum annualium, et Fori Septimanalis temporibus perpetuis Foralia habebunt, et licitè exigere poterunt, juxta aliarũ

Civitatũ

Civitatum, et Oppidorum vicinorum consuetudi:
nem, coniedimus. Insuper et damus facultatem po-
testatemq̃ Advocato, et Magistratui memorata
Civitatis Zastaw Causas omnes inter Mercato:
res pro ijsdem Nundinis Annualibus, et foris se:
ptimanalibus venientes eô tempore ortas, et emer-
gentes discernendi, et Summario Processu sine
quibusvis dilationibus, et effugiis Juridicis
brevissimo dijudicandi, salvâ tamen in ijsdem
Causis, quàm, et cæteris alijs omnibus coram Ma:
gistratu Civili, sive advocatiali, ac Scabinali se
se agitantibus, et ventilantibus, appellatione
ad Hæredem, sive Hæredes dictæ Civitatis Zastaw
Legitimos, vel cui Ipsi Judicium decidendarum
Appellationum ex brachio suo præommiserint, pro tem-
pore existentes; Sed nonnisi in his Causis, in quibq
Summa, vel prætensio mille Florenq polonq excef:
serit admittenda. Cùm autem certò constat Nobis
non tantùm Civitatem supramemoratam Zastaw
tanquàm Caput Bonorum Universi Ducatûs Zasta:
vienq, ex antiquo conditam esse, verùm, et in sub:
sequens successu temporis etiam nonnulla oppi:
da minora in eodem Ducatu Zastavienq de Consen:
su Serenissimorum Antecessorum Nostrorum stu:
dio, et opera Hæredum, et Ducum in Zastaw erecta
fuisse utpote Białogrodka, Stawuta, Krasny korczyk
et Szepałowka

et Szepetowka vocitata. Eademq; protunc Colonias
sub his ipsis vocabulis, et sub forma, et specie Oppi-
dorum minorum cum libero exercitio Judiiiorum in-
tra se Civilium, et nundinarum celebratione cum
decore Ducatûs præfati, et cum subsidio non mino-
ri de ijsdem in contributionibus, et oneribus Regni
publicis ferendis; prout hoc authentica ex actis
publicis Palatinatûs Volhyniæ testantur Do-
cumenta, et vestigia longo temporis spatio an-
te publicam in Oris Volhyniæ per rebelles Cosacos
desolationem viguisse. Jam verò sub tempus illi-
us grassantis publicæ calamitatis partem per Co-
sacos, partem per crebriores Tartarorum in ora
illam Volhyniæ incursiones penitùs devastata,
et de suis fundamentis diruta, et combusta ex-
titisse, et perinde illô tempore omnia Privilegia,
et Jura sua Civitatensia unà cum Facultatibus
Bonorum direptis amisisse, jam autem in hoc
pacatiori tempore ad eadem ipsa loca Oppidoru
prædictorum nonnullos Inhabitatores conveni-
se, inibidem sub specie antiqua Oppidanorum
loca deserta per partem inhabitasse, et de ijsde
prout antiquitùs consvetum erat publicis one-
ribus Regni Nostri, et Palatinatûs obnoxios es-
se, hac nimirum de Causa, prout ubique locorũ

majora

majora incrementa Regni, et Subditorum Nostro:
rum utilitates ampliare intendimus, et cupimus,
ita, et in hac occurrentia supplicationi Mgcæ Du:
cissæ Sanguszkowa Supremæ M. D. Littæ Mareschal:
æ Filiorumque Ejus supramemoratorum, tumquè
Oppidorum prædictorum Hæredum ad nos factæ be:
nignè annuentes, ut præallegata antiqua Oppida
Białogrodka, Slawuta, Krasnykorczyk, et Szepetow-
ka majora inpost incrementa, et utilitates suas,
ac perinde ad ferenda Reipłæ onera capaciores
esse possint, damus, et concedimus facultatem,
plenariamq̃ potestatem suprædictæ Mgcæ Duiss
æ Sanguszkowæ Filijsq̃ Ejus, et veris, ac legiti:
mis locorum præfatorum Hæredibus, si id oppor-
tunum conveniens, ac sibi utile judicaverint
colonias suprataxtas veteres quatuor post deso-
lationem antiquam jam ab annis pluribus eri.
gi captas ulteriùs sub forma, et methodo alio-
rum Oppidorum Regni nostri consueta erigen:
di, et pro capacitate loci muniendi in eisdem in-
colas cujuscunquè Ritûs, Statûs, Sexûs, et Condi-
tionis sub specie, et vocabulo Oppidanorum locan:
di Magistratus Civiles, et Officia ad Regimen, et
Judicium consueta more aliorum Oppidorum
instituendi, Personis idoneis ea conferendi, regu:

lam, et nor-

lam, et normam regiminis Eisdem Incolis in quo-
cunq; Oppido locatis, et locandis pro exigentia rei
et arbitrio sui præscribendi, nomine, et honore
Oppidanorum convenienti eosdem authorisan:
di. Tum manufacturas, artificesq; quosvis intro-
ducendi, Contubernia Artificum more aliarum
Civitatum cum ijs prærogativis, prout alibi gau:
dent, instituendi, authorisandi; ut autem ad ea:
dem Oppida prædicta homines liberiùs confluant,
liberèq; ac securè in eisdem residere queant. Nos
etiam de singulari Gratia Nostra prædictis Op-
pidis omnibus Jus Theuthonicum Magdebur:
gense ad judicandum Causas omnes juxta Di:
spositionem Juris præmissi tale s: quale jam
supramemorato Civitati Zastaw contulimus s
cum omnibus ejusdem Juris Theuthonici præroga:
tivis, et Authoritate s: nihil de eodem excipiendo
exnunc damus, tribuimus, et in forma plena Privi:
legij Nostri communicamus. Volentes, et decernen-
tes ut prædicta Oppida Białogrodka, Stawuta, Kra:
snykorczyk, et Szepałowka cum suis Incolis, et Inha:
bitatoribus Universis pro tempore existentibus in:
tra limites suorum Oppidorum, et Jurisdictionis
propriæ non alio Jure, quàm Theuthonico Ma:
gdeburgensi cum ejus consuetis prærogativis, et
libertatibus,

libertatibus, ſ. prout et Cives Zastavienſ. juxta
Resonantiam præſentis Privilegij desuper jam ex:
pressam in Causis per Magistratus Civiles, et Ad:
vocatos judicandis, ac alijs negotijs Civitatensi:
bus more aliorum Oppidorum Regni Nostri sem:
per gaudeant, utifruantur, et procedant perpe:
tuò, et in æoum, Jurisdictione tamen suorum Hæ:
redum, et proventu debitis in quopiam illæsis, sed
salvîs manentibûs. Quæ Oppida prædallegata Nos
quoquè in protectionem Nostram assumendo Li:
teris Salvi Conductûs Nostri, ubiq̃ locorum mu:
nita esse volumus, et pronuntiamus, quibus
etiam Oppidis cuiq̃ eorum singulo distinctis
Forum Septimanale unum, et nundinas qua:
tuor, quolibet Quartuali Anni unas, certis, et
statis Diebus ex arbitrio Mgnæ Ducissæ San:
guszkowa, vel Filiorum ejus pro Opportuni:
tate, et capacitate temporis ſ. citra tamen alia:
rum Civitatum, et Oppidorum vicinorum præ:
judicium ſ. designandis perpetuò ubilibet,
ac cum plena, et consueta quorumvis mercium
vendendorum, emendorum, vel commutando:
rum libertate, et securitate exercenda, cele:
branda, concedimus, indicimus, et Statuimus,
et præsertim in Oppido Stawuta in binis Nun:
dinis Quartualibus primis Vernalibus, alte:
ris autu:

ris autumnalibus pro Commodo Bonorum Duca:
tûs Zastavien. Depositorium, et venditionem
salis albi Ruthenici per quoscunq; Vectores sa:
lem eundem in Oras Polesiæ per Oppidum Stawu.
ta, vel prope circa Stawuta venum ducentes
permittimus, et perpetuò duratura instituimus.
Volumusquè ab omnibus Vectoribus sal venu
ducentibus tenore præsentium mandamus, ut
tàm ad primas, vernales, quàm et alteras autu:
mnales Nundinas instituendas, et publicandas
quicunquè pro illo tempore ex Pokuia sal idem
Ruthenicum duxerint, et loca propinqua Oppidis
Stawuta transiverint, ab Hæredibus, vel Eorum
ibidem locum tenentibus requisiti omnino
pro præscriptis binis Nundinis in Oppidum hoc:
cè Stawuta condescendant, salem suum venui
per quinquè continuos dies exponant, et quicun-
què protunc hominum ad nundinas confluenti-
um emere voluerit, eisdem vendant; Et si quid
ibidem non vendiderint, vel pro usu, et utili:
tate Hæredum solutum non fuerit, cum eo re:
siduo ulteriùs in alia loca quocunq; voluerit,
absq; omni impedimento post elapsos quinquè
Dies licitè abire poterunt, alijs verò tempori:
bus extra Nundinas transeuntes minimè in
his in-

his inquietari debebunt, sed vendendi salis ibidē 10
in Stawuta plena ipsis voluntas relinqui de:
bebit. Ad extremum siquidem relatum est
Nobis non tantùm in ipsamet Civitate Zastaw
Judæos inhabitare, et ibidem suam Synago:
gam consuetam, quòd Cahale vocatur, tùm
Rabinum, et Seniores ejusdem Synagogæ ha:
bere, et illam regere, verùm etiam, et in ali:
is Oppidis, minoribus, ac villis omnibus ejusdem Du:
catûs circa Braxatoria, Tabernas, extare, et nonnul:
las Domos etiam proprias habere, nihilominus hos =
omnes Judæos Ducatûs Zastaviens, quò ad negotia
universa Judaismi eorum Jurisdictioni Superiori
nempe generalis Synagogæ totius Volhyniæ sub:
jacere, ex his quoquè Judæis qui é minoribus Oppi:
dis, ac villis commanent non ad Cahale Zastavi:
ens, ejusquè Jurisdictionem ab universali Volhy-
niæ sub-alternam spectare, sed per Seniores Volhy-
nienses ad varia particularia Cahalia, seu mino-
res Synagogas in alijs circumjacentibus Oppidis
ad Ducatum Zastaviens minimè pertinentibus
existentes, per Partem applicatos, Jurisdictioni:
què eorum subjectos, et exinde per eam á corpo:
re suo nempe Zastaviens Cahali segregationem
et in plures Partes divisionem Eosdem Judæos Du:
catûs Zastaviens, tam in exigendis contributi:
onibus publicis ab eisdem, quàm in decidendis

Causis

causis Eorum, et alio diversimodo summopere gra:
vatos, et injuriatos esse, nec est planè congruum, ut Par-
tes minores, et membra suo corpori idest Synagogæ Za:
slaviens non cohæreant. Proinde Nos, et in his sup.
plicationi eorundem Judæorum, atquè pro ijsdem
mgcæ Duciss.æ Sanguszkowæ intercessioni ad nos
factæ benignè annuentes, et easdem differentias in-
ter Judæos de plenitudine potestatis Nostræ Regiæ
complanare, et sopire volentes decernimus, et man-
damus, ut ab hinc universi, et singuli Judæi utri-
usquè Sexûs in Ducatu Zaslaviens ubiquè locorũ
tam in Civitate Zaslaw, quàm oppidis minoribus
ac villis quibuscunq ad eundem Universum Du:
catum spectantibus commanentes, et existentes in
rebus, et negotijs omnibus Judaismi sui f: nihil
excipiendo :/ tùm persolvendis quoquè ex Personis
Judæorum contributionibus publicis, ac cum Cau-
sis eorundem Judæorum dijudicandis, et decidẽ-
dis non alij cuipiam Jurisdictioni Judaicæ medi-
atè subjaceat, quàm ad Rabinum, Seniores q Syna-
gogæ Zaslaviens ipsiusq Cahale nominatim spe:
ctent. Contributiones Judaicas importent, et solvant,
in negotijsq quibuscunq inter Personas Judaicas
Litigiosis ibidem Forum suum, ac Judicium compe-
tens habeant, et experiantur, salva á definitiva Sen-
tentia Parti gravatam se sentienti ad Dominos su:
os Hæredita=

os Hæreditarios, seu Ducatûs Zastavien. Hæredes ap=
pellatione admittenda, et debito Juris Ordine prose=
quenda. Cui quidem Cahali Zastaviensi suprafatos
Judæos omnes nos uniendo, et restituendo Jurisdi=
ctioni præfati Cahalis, et Rabini Zastaviensis subji=
cimus, et ab alijs omnibus ſ: quibus hactenus sub=
jacebant ſ: jurisdictionibus plenè, et absolutè exi=
mimus, et liberamus pro exemptis plenè, et libe=
ratis semel pro semper esse volumus, et declara=
mus præsentium tenore. Simulquè universis, et
singulis omnibus tam senioribus, quàm quibuscun=
què alijs Cahalibus, seu cœtibus particularibus di=
stinctis universa Synagoga Judæorum Volhynensis
serio mandamus, et strictè præcipimus ne præsente
per Nos factam Judæorum Ducatûs Zastaviensis
ab alijs improprijs, et minùs convenientibus Juris=
dictionibus Judaicâ Segregationem, et Cahali Za=
staviensi, uti Capiti suo in perpetuum applica=
tionem, quôvis modô, prætextu, aut colore exqui=
sito irritare, aut interturbare præsumant, et au=
deant, sub graui indignatione Nostra Regia, et
pœna ex arbitrio Nostro, aut Judicij eorum com=
petentis super ipsis decernenda, irremissibiliter=
què Fisco Nostro Regio exigenda. Et si aliquid
facere præsumpserint, attentata Eorum pronul=
lis, et irritis esse, et fore debere ex nunc decla=
ramus. Hôc tamen pro justitia decernendum
esse duximus, præsentibusq; decernimus, ut præ=

fatum

fatum Cahale Zastavien in persolvendis Con:
tributionibus Judaicis publicis, tam ratione In
colarum suorum Zastaviensium, quàm et reppe-
ctu aliorum Judæorum Ducatûs Zastavien
sibi nunc aggregatorum proportionatè /: justta
quod in Congressibus eorum Judaicis Synagogæ
Volhynensis more consueto agitandis, citra tamen
omnem deputationem statuetur :/ Eidem Syna-
gogæ universæ Volhynensi, prout de justitia in-
tererit semper respondeant, ac sub rigore Le:
gum, et debita executione etiam militari sa:
tisfaciant, universaliquè Jurisdictioni Synago-
gæ totius Volhynen in alijs omnibus negotijs de ju
et more Judæorum consuetis obediant, et pareant irre:
fragariè sub debita contra idem Cahale Zastavien
in casum renitentiæ in Foro competenti pœna de-
cernenda, et extendenda. Quæ omnia nunc per nos
concessa statuta, et decreta omnibus quorum in-
terest, præsertim verò Magnificis, ac Generosis
Dignitarijs, Ministris, Capitaneis, et quibusvis
Judicibus, et Officialibus Regni Nostri, et M. D. Litt.
Universisquè Incolis Regni Nostri, singulariter au-
tem Palatinatûs Volhyniæ tùm quorumvis
Subselliorum, et Magistratuum Judicibus, et
Officialibus, ac toti Synagogæ universæ Judæo-
rum Volhynen notum esse volentes mandamus
ut præsen:

ut præsentes Privilegij nostri Literas ad acta sua
suscipi, voce ministerialis publicari faciant, eaquè,
et ipsi observent, et ab alijs observari curent, pro
Gratia nostra Regia. In quorum fidem præsen-
tes manu nostra subscriptas Sigillo Regni nostri
communiri jussimus. Datum Varsaviæ Die Dece-
ma Septima mensis Decembris Annô Domini
Millesimô, Septingentesimô, Quinquagesimô, Quar-
tô. Regni verò Nostri vigesimô Secundô Annô.
U tey Oblaty Przywileiu podpisy ręki Nayiasniey-
szego Krola Jmci, y Jaśnie Wiell Sekretarza J.K.
Mci temi wyrażone są słowy. Augustus Rex
Locatio, seu Erectio Civitatis Nowy Zastaw
dictæ. Joannes Kłosowski Canonicus Cathlis
Premysliensis Aulæ Regiæ Majestatis Sigilli
Regni Secretarius mpp. Także y pieczęć wisza-
ca znayduie się. Ktory że to Przywiley per Obla-
tam podany za podaniem, y prożbą wzwyż mia-
nowaney Osoby podawaiącey, á za moim Urzędo-
wym przyięciem wszystek tak iako się w sobie
pisany ma, od słowa do słowa do Xiąg niniey-
szych Grodzkich Krzemieneckich iest ingrosso-
wany, z ktorych, y ten wypis pod pieczęcią Grodz-
ka Krzemieniecka iest wydany pisany w Krze-
mieńcu. Andrzey Stanisław Przytuski Chora-
ży Zakroczymski, Pisarz Grodzki Krzemieniecki
mp

mp. Louis Sigilli Castrensis Cremenecensis. Correxi Drzewiecki. Legi cum actis Jankowski mp reperitur in actis. Quem ejusmodi Extractum, sic ut præmissum oblatum Nos ad acta præsentia Metrices Regni suscipi, ijdem inseri, et Partì postulanti authenticè extradi, originalemq: rò rursùs Offerenti restitui, de quo recepto Cancellariam præsentem quietavit, quietatquè, et pro majori fide manu se suâ subscripsit. Wladyslaw Dyszlewski. In quorum fidem &c. Actum ut supra. Relatio Illrmi et Excellmi Domini Joannis Comitis in Końskie, et Białaczew á Matachowice Matachowski Supremi Regni Cancellarij Ostrolęcenq; et Bucznovienq Capitanei.

Sub eodem actu

Resignat Mansum Agri Snōsus Antonius Białogąyski.

Augustus III. &c. Significamus &c. Quomodo coram actis præsentibus Metrices Regni Cancellaria nostra Majoris personaliter comparens Snōsus Antonius Białogąyski sanus mente, et corpore existens, á Foro, Terris, Districtibus, et Jurisdictione sua quavis propria, et competenti recedendo præsenti verò Nostro Regiæ Jurisdictioni se cum Bonis

cum Bonis suis generaliter omnibus subijciendo, et
incorporando sponte, palam, libere, ac per expressu
recognovit, præsentibusque recognoscit. Quia Ille
mansum agri sui proprij, et Hæreditarij, ab Ho-
noratis Thoma Kiewlowicz Archiscabino Novæ Varsa-
viæ, et Marianna Conjugibus Iure empti coram
actis Advocatialibus, et Scabinalibus Novæ Varsa-
viæ Feriâ Quartâ post Festum Immaculatæ Conce-
ptionis Beatissimæ Virginis Mariæ proximâ Die
scilicet Decimâ Mensis Decembris Annô proxi-
mè præteritô Millesimô, Septingentesimô, Quin-
quagesimô Quintô, acquisitum inter metas, et
agros Ecclesiæ Parochialis Bæ V. Mariæ in Civi-
tate Novæ Varsaviæ sita ab una, et Mansum Agri
Freyberovianum dicti ab altera, nec non Mansum
Nobilis Antonij Solary Architecti Nostri à Ter-
tia Partibus situm, et jacentem, includendo
partem ejusdem Mansi per Rdos Societatis Jesu
Residentiæ Varsaviensis Provinciæ Polonæ ad su-
um Laterifitium indebitè ademptam, et usur-
patam, scilicet inchoando à cornu Laterificij Frey-
beroviani viæ publicæ, quæ à Domo Correctionis
vulgo Cuchtaus ad Ecclesiam Rdorum Patrum
Ordis Sancti Joannis de Deo tendit contigui,
usquè ad granities Bonorum Wielka Wola
ità latè, et longè prout, et alij vicini Mansi, se
protendentem

protendentem, mundum, liberum, et ab omni prorsus
onere immunem, nemini obligatum, aut invadi-
atum, jam exnunc, et dejuto Nobili magdale:
na de Barszcze Freyberowa vidua illiusquè Suc-
cessoribus merô, verô, purô, ac irrevocabilis Do-
nationis titulo pro Summa duorum Millium
Florenorum Polonicalium currentis in Regno
moneta, sibi realiter, et in effectu persoluta, ac
enumerata: de qua præsentibûs quietatur:
dat, vendit, donat, cedit, ac resignat, prout præ-
sentibus dedit, vendidit, donavit, et cessit, ac
resignavit perpetuò, ac in avum cum omni Ju-
re, Dominio, proprietate, et Hæreditate, cun-
ctisquè commodis, et emolumentis ex eodem
Manso supra in suis Limitibus expresso, vendi-
to evenientibus ad habendum, tenendum, possi-
dendum, utifruendum, dandum, donandum ali-
enandum, commutandum, in aliosquè quosvis
usus beneplacitos convertendum, et citra cujus-
piam præpeditionem applicandum, sive disponen-
dum, Idemquè Recognoscens Intromissionem
realem cum actuali, et pacifica possessione
in eundem Mansum per se præsentibus vendi-
tum, et abscessum, prædictæ Nobili Magdalenæ
de Barszcze Freyberowey Viduæ, dat, et libe-
rè admittit dandamq ac per quosvis Officium
b
ad id conductus

ad id conductu
se, quàm per a
paratamq tuit
suâ personali
ante. In form
et Quietation
sima. Quam
propriâ subs
mpp. Quam
tionem, et Q
dam, Nos ra
habentes, ha
ad acta præse
inseri, et Pa
permisimus.
ut supra R
Rni Cancell

Oblata P

ad id conductum conferendam nullatenus tam per se, quàm per alias quasvis Personas impugnabit, paratamq; tuitionem, et Evictionem demittit. Itâc suâ personali Recognitione ad præmissa mediante. In forma aliàs Resignationis, Donationis, et Quietationis plenissima, et de Jure perfectissima. Quam Idem Recognoscens manu suâ propriâ subscripsit. Antonius Białogayski mpp^a. Quam ejusmodi Resignationem, Donationem, et Quietationem sic, ut præmissum facta, Nos ratam, firmam, ac de Jure validam habentes, haberiq; ab omnibus volentes, ea ac acta præsentia Metrices. Regni suscipi, ijsdem inseri, et Parti postulanti authenticè extradi permisimus. In quorum fidem etc. Actum ut supra Relatio Ejusdem Illr^mi Supremi Rni Cancellarij

Actum Varsaviæ Feriâ Tertiâ Ipsô Die Festi SS. Fabiani, et Sebastiani, Die xxiii cet Vigesimâ Mensis Januarij, Annô Domini Millesimô, Septingentesimô, Quinquagesimô, Sextô.

Oblata Privilegij Mansionarijs Varsavien^s serviens

servientis.

Augustus III. &c.

Significamus &c. Quomodò coram Actis praesentes Metrices Regni Cancellariae Nostrae Majoris personaliter comparens Venerabilis Joannes Maranowicz Mansionarius Capellae Nrae Regio Ducalis in Ecclesia Collegiata Sancti Joannis Baptistae Varsaviens sibi obtulit ad auticandu, actisq praesentibus inscribendum Literas Confirmationis Iurium, Privilegiorum, et Consuetudinum Mansionarijs ad Capellam Nostram in Ecclesia Collegiata S. Joannis Baptistae Varsaviens existentibus per Sermum Divae memoriae Joannem Tertium Regem Poloniae, et Praedecessorem Nostrum benignè datas, manu Ejusdem Sermi Praedecessoris Nostri subscriptas, et Sigillô Majoris Cancellariae Regni communitas, in papyro scriptas, sanas, salvas, et illaesas, omniq Suspitionis notâ carentes, de tenore tali. Joannes Tertius Dei Gratiâ Rex Poloniae, Magnus Dux Lithvaniae, Russiae, Prussiae, Masoviae, Samogitiae, Kijoviae, Volhyniae, Podolliae, Podlachiae, Livoniae, Smolenscia, Severiae, Czerniechoviaeq. Significamus praesentibus Literis Nostris quorum interest Universis, et singulis. Cùm non ignoremus Reges, et Regna à Deo

gna â Deo dari, hoc maximè ex animo preca:
mur, ut sub tempus felicis Regiminis Nostri, non
modò statûs, et Ordo Ecclesiasticus, Ecclesiæq Re:
gni Nostri majores, verùm et Oratoria, Capel:
la, ac Collegia per antecessores Nostros funda:
ta, et dotata circa sua Jura, et immunitates, ac
consuetudines conserventur, in illisque Dei glo=
ria fecundetur. Cùm itaq supplicatum Nobis
esset nomine Vnbliûm Mansionariorum, et
Capellanorum Nostrorum ad Oratorium, et
Capellam Nostram Regiam in Ecclesia
Collegiata Varsavien S. Joannis existenti-
um, quatenus Illos circa Jura Illorum, ac Pri.
vilegia per Serenissimos Antecessores Nostros
Reges Poloniæ, et Duces Masoviæ concessa, tùm
et circa consuetudines, et præcipuè circa usum in-
ter eos observari solitum in eo, ut decedente unô
vel altero ex illis Presbytero, et Mansionaria
vacante, priùs captatô mutuô Consiliô de Per-
sona ad Collegium suum apta, et idonea con:
veniant, antequàm eundem Vnbli Capitulo
Varsavien præsentandum declarent, et de:
nuntient conservare, et manutenere digna-
remur. Nos supplicationi Eorum annuendo
habitâq ratione, quòd Idem Collegium Capel:

Lani Nri

lani Nostri propriô suô sumptu, et præcipuè Ven
Andreas Szmelc Eorum Senior notabiliter fun-
dationem huius Capellæ ad majorem Cultum
Divinum, et B^æ M^æ V^nis in Capella Nostra per-
agendum auxerit, faciendum esse duximus, ut eos
non solum circa Jura, Privilegia, et Libertates, ac
immunitates Eorum conservare dignaremur, prout
præsentibûs Literîs Nostrîs conservamus, verùm quò
major sinceritas, et amor inter eosdem mansiona-
rios Capellanos Nostros vigeat, ac invitis illis Per-
sona non idonea, aut regulares cum discordia, et
scandalo varijs artibus, et promotionibus ad Eorũ
Collegium se se non ingerant, virisq́ dignis, et ido-
neis sæcularibus Presbyteris antiquæ observan-
tiæ Locum in Mansionaria Nostra non præripi-
ant, decernendum esse duximus, prout præsen-
tibus Literis Nostris moribus antiquis inter
Eosdem Mansionarios observatis adhærendo de-
cernimus, ut quotiescunq́ Presbyterum ex præ-
fata Mansionaria, et Capella nostra decedere
quomodocunq́ contigerit protunc Vnble Caplum
Varsavien. non alium, nisi Presbyterum sæcula-
rem antiquæ Observantiæ, non verò Regularem
et quem Ipsi Mansionarij Capellani Nostri seu
Eorum Collegium idoneum, et aptum ad onera
Fundationum Capellæ Nostræ, et Domus Eorũ

ferenda

ferenda adinvenerint, denuntiaverint, acceptave-
rint, ad id Collegium præsentet, perpetuò, et in
evum. In quorum fidem præsentes manu No-
strâ subscriptas Sigillô Regni communiri man-
davimus. Datum Varsaviæ Die XXII. Mensis Au-
gusti. Annô Domini MDCXCV. Regni verò No-
stri XXII. Annô. Ioannes Rex. Locus Sigilli Ma-
joris Cancellariæ Regni. Confirmatio Iurium,
ac Privilegiorum, et consuetudinum mansio-
nariorum Varsavien. Franciscus Maximilia-
nus Ossoliński vexillifer Drohiciensis S.R.Mtis
Scribas mp. Quas ejusmodi Literas Confirmationis
sic ut præmissum oblatas Nos ad acta præsentia
Metrices Regni suscipi, ÿidem inseri, et Parti
postulanti authenticè extradi, originale ve-
rò rursùs Eidem Offerenti restitui f. de quo re-
cepto Cancellariam Nostram quietavit, præ-
sentibusque quietat:/ permisimus, et pro ma-
jori fide manu se suâ propriâ subscripsit. Jo-
annes Maranowicz mpp. In quorum fidem &c.
Actum et Relatio ut supra.

Sub eodem Actu.,
Constituit Plenipotentes Mgcus Su-
premus Regni Cancellarius.
Augustus III &c.
Significamus &c. Quomodo coram Actis præ-
sentibus

sentibus Metrices Regni Cancellaria Nostra ma-
joris personaliter comparens Mgcus Joannes
Comes in Konskie, et Białaczow à Małachowice
Małachowski Supremus Regni Cancellarius
Ostrolęcen. et Buczniovien Capitaneus sanus
mente, et corpore existens, à Foro, Terris, Distri-
ctibus, et jurisdictione sua quavis propria, et
competenti recedendo, præsenti verò Nostra Re-
gia Jurisdictioni se cum Bonis suis genera-
liter omnibus subjiciendo, et incorporando,
sponte, palam, libere, ac per expressum reco-
gnovit, præsentibusque recognoscit. Quia Ipse
Inos Josephum Polewski Camerarium Ter-
restrem Posnanien. Rochum Czarnowski Ca:
merarium Granicialem Rozanen, Franciscum
Zaborowski Ensiferum Jostinen, Adalbertum
Szamocki Varsavien, Joannem Sokolnicki Ra-
vensem Thesaurarios, Andream Postomski,
Regentem Castren, Vschoven, Joannem Ty-
mowski Castren Wielunen Bogusław-
ski Terrestrem Posnanien, Regentes,
Trepka Vicesgerentem Cheninen. Thomam
Zaborowski Castren Cernen, Stanislaum
Stawiski Castren Siradien, Burgrabios
quorumvis

quorumvis Nominum Mikorski, Jacobum Kepista, Franiscum Stawski, in suos veros, legitimos, ac indubitatos Plenipotentes eligit, constituit, facit, inscribit, et solenniter ordinat dans, et concedens Ipsis tam divisim, quàm conjunctim plenariam faultatem, omnimodamq́ potestatem Causas sui Recognoscentis Juridicas generaliter omnes, et singulas cum quibusvis Personis occasioneu: jusvis negotij in omni officio, et Judicio Majoris, minorisvè Subsellij habitas, et habendas, instituendas, et instituendas, promovendi, defendendi, jure tuendi, comparitiones inscribendi, Decreta suscipiendi, à contrarijs appellandi, seu movendi, juramenta attentandi, pœnas judiciarias levandi, de levatis quietandi, Intromissiones in Bona offerendi, et apprehendendi, Executiones urgendi, attentandi, arresta imponendi, alios Plenipotentes in locum sui cum simili, vel limitata potestate instituendi, cæteraq́ pro Causarum, et negotiorum exigentia debito Juris ordine peragendi, et exequendi, offerendo se omnia per Ipsos legitimè, et juridicè peracta pro rato, et valido suscepturum. Quam Plenipotentiam ad Triennium duraturam Idem Mgcus Recognoscens manu propriâ subscripsit. J. Malachowski S.R.C. Quam ejusmodi Pleni:

potentiam

potentiam sic ut præmissum fuitam. Nos ratâ firmam, ac de Iure validam habentes, haberique ab omnibus volentes, eam ad Acta præsentia Metrices Regni suscipi, ijsdem inseri, et Parti postulanti authenticè extradi permisimus. In quorum fidem etc. Actum ut supra. Relatio Ejusdem Illrmi Supremi Regni Cancellarij.

Sub eodem Actu.

Oblata Plenipotentia P. Casimiro Brodowski servientis.

Augustus III etc.

Significamus &c. Quomodo coram Actis præsentibus Metrices Regni Cancellaria Nostra Majoris personaliter comparens Prosus Felix Leśniewski obtulit ad auticandum, actisque præsentibus inscribendum Extractum Plenipotentiæ per Prosam Annam de Podczaskie olim Prósi Michaëlis Franciści bini nominis Brodowski Pocillatoris Palatinatûs Lublinen. consortem relictam viduam in Personam Prósi Casimiri Brodowski Pocillatoridæ Lublinen. Filij sui coram Actis Castren. Lublinen. Feriâ Secundâ post Festum SS. Trium Regum proximâ Annô Domini 1746. facta, sanum, salvo,

et illæsum

et illæsum, omniquè suspitionis notâ carentem,
de tenore tali. Actum in Castro Lublinensi Feria
Secundâ post Festum SS. Trium Regum proxi-
mâ, Annô Domini, Millesimô, Septingentesi-
mô, Quadragesimô, Sextô. Comparens persona-
liter coram Officio, et actis præsentibus Capita-
nealibus in Castro Lublinensi Mgca Anna de
Podczaskie olim Mgci Michaëlis Francisci bini
nominis Brodowski Pocillatoris Palatinatûs
Lublinen. Consors relicta Vidua sana mente,
et corpore existens Forô competenti omissô, et
Jurisdictione propriâ posthabitâ præsenti verò
in se Posteros, ac Bona sua omnia, quò ad actum
hunc benevolè assumpta publicè, liberèq recog-
novit. Quia Ipsa ad Recognoscendam de Iu-
re advitalitio super Bonis Villæ Mitkow Lega-
libus habito in rem Illris Mgci Miączyński Ca-
stellani Podlachiæ vigore Consensus Sacræ Regiæ
Mtis ad cedendum emanati Cessionem in ve-
rum, ac specialem Plenipotentem Mgcum Ca-
simirum Brodowski Pocillatoridam Lublinen.
Filium suum inscribit, eligit, constituit, ac so-
lenniter ordinat dans, et concedens eidem Spe-
ciali Plenipotenti suo plenariam facultatem,
omnimodam, absolutamquè potestatem Cessi-
onem prælatam in rem dicti Illris Mgci Mia-
czyński

czyński Castellani Podlachiæ nomine suo Recognoscentis de præmisso Jure advitalitio super Villa Mitkow habito coram actis Authenticis Regni recognoscenq; cæteraquè omnia munia, et Officia verum, ac specialem Plenipotentem de Jure concernentia obeundi, exequendi, ac debitè peragendi. Promittens, et inscribens se id totum quidquid per prædictum Specialem Plenipotentem Juridicè in præmissis omnibus actum, gestum, constitutumq; fuerit, pro rato, et grato suscepturam. Hâc suâ personali Recognitione ad præmissa omnia accedente. Locus Sigilli Castrenq; Lublinenq; Correxit Dembiński, Lectb p Sokołowski. Quem ejusmodi Extractum, sic ut præmissum oblatum Nos ad acta præsentia Metrices Regni suscipi, ijsdem inseri, et Parti postulanti authenticè extradi, Originale verò rursùs Offerenti restitui permisimus, de quo recepto Cancellariam Nrâm quietavit, præsentibusquè quietat, et pro majori fide manu se suâ subscripsit Felix Leśniewski mp. In quorum fidem actum et Relatio ut supra.

Sub eodem actu.

Oblata Cessionis Bonorum Mitkow Magnificis Miączyńskim Castellanis Podlachiæ Conjugibus facta.

Augustus

Significamus &c. Quomodo coram Actis praesen-
tibus Metrices Regni Cancellariae Nostrae Majoris
personaliter comparens Gnôsus Felix Lesniew-
ski obtulit ad acticandum, actisque praesenti-
bus inscribendum Extractum authenticum
Cessionis Bonorum Nostrorum Mitkow in Pala-
tinatu Lublinen sitb per Gnosam Annam Pod:
czaska Gnosi olim Michaëlis Brodowski Pocilla:
toris Lublinen Consortem relictam Viduam Ma-
gnificis Antonio Miączyński Castellano Podla-
chiae, et Dorotheae de Principibus Korybuth Wo-
roniecka Conjugibus coram Actis Castren Lubli:
nen Feriâ Quintâ in Crastino Festi Purifica:
tionis Gloriosissimae Virg^nis Mariae Annô Domi-
ni 1746. factâ, sanum, salvum, et illaesum, omni-
que suspitionis notâ carentem de tenore tali. Ac-
tum in Castro Lublinensi Feriâ Quintâ in Cra:
stino Festi Purificationis Gloriosissimae Virginis Ma:
riae Annô Domini Millesimô, Septingentesimô, Qua-
dragesimô, Sextô. Comparens personaliter coram
Officio, et actis praesentibus Capitanealibus in Ca:
stro Lublinensi Mgcus Casimirus Brodowski Po-
cillatoridis Lublinen sanus mente, et corpore exi-
stens Forô competenti omissô, et Jurisdictione pro-

pria

pria posthabita præsenti verò in se Posteros, ac Bona sua omnia quò ad actum hunc benevolè assumpta publicè, libereque recognovit. Quia Ipse insistendo speciali Plenipotentiæ per Mgcam Annam de Podczaskie olim Mgci Michaëlis Francisci bini Nominis Brodowski Pocillatoris Lublinen. Consortem relictam Viduam Matrem suam charissimam coram actis præsentibus Feriâ Secunda post Festum SS. Trium Regum proximâ Annô præsenti in rem sui Recognoscentis facta, et recognita, ac ad infrascripta recognoscenda data Inhærendoq; Consensui Sæ Rae Mttis eidem Mgcæ Matri suæ ad cedendum de Jure advitalitio, quod Ipsi super Villam Milkow dictam in Palatinatu præsenti Lublinensi sitam, et jacentem, servicbat, per Eandem Sacram Regiam Mttem Dominum Nrum Clementissimum de actu, et data illius Prodna Die vigesimâ Secundâ Mensis Novembris Annô Domini Millesimô, Septingentesimô, Quadragesimô, Quartô dato, manu ejusdem Sæ Rae Mttis propria subscripto, et Sigillô Minoris Cancellariæ Regni communito infra acticando, cujus tenor sequitur ejusmodi.

Augustus Tertius Dei gratiâ Rex Poloniæ Magnus Dux

gnus Dux Lithvaniæ, Russiæ, Prussiæ, Masoviæ, 20
Samogitiæ, Kijoviæ, Volhyniæ Podoliæ, Podlachiæ,
Livoniæ, Smolenscię, Severiæ, Czerniechoviæq;
nec non Hæreditarius Dux Saxoniæ Princeps, et
Elector. Significamus præsentibûs Literis No-
strîs Quorum interest Universis, et Singulis con-
sensisse, et permisisse, consentireq; et permitte:
re Gnoſæ Annæ Podczaska olim Gnosi Micha:
elis Brodowski Pocillatoris Lublinensis Consor-
ti derelictæ Viduæ, ut possit, et valeat de omni,
et integro Jure suo Advitalitio, quod Ipsi super
villam Mitkow dictam in Palatinatu Lubli-
nensi sitam servit, et competit cedere illudq;
in Personas Mgcórum Antonij Miączyński
Castellani Podlachiæ, et Dorotheæ de Prini-
pibus Korybuth Woroniecka Conjugum plena-
riè transferre, et transfundere. Quæ quidem Ces-
sio, Jurisq; transfusio postea quàm coram Actis
quibusvis authenticis Regni facta, et recogni-
ta fuerit, Nos eam ratam, et gratam habitu-
ri sumus, uti eam, quæ prævio hoccè Consen-
su Nostrô peragetur. Vigore cujus Cessionis
præsentisquè Consensûs Nostri memorati Ma-
gnifici Antonius, et Dorothea Miączyńscy
Conjuges præfatam villam Mitkow cum omni:
bus fun:

bus fundis, ædificijs, Curijs, Prædijs, Braxatorijs, tabernis, molendinis, aquis, pratis, campis, sylvis, nemoribus, stagnis, piscinis, laubus, Subditis, eorumq́ laboribus, Censibus, Dationibus, commodis, et emolumentis, attinentijs, et pertinentijs eò antiquitùs spectantibus, et pertinentibus, tenebunt, habebunt, et possidebunt, vel unô vitâ functô, alter eorum Superstes tenebit, habebit, et possidebit ad extrema vitæ suæ tempora. Promittimq autem pro Nobis, et Sermis Successoribus Nostris non esse Nos, neque Sermos Successores Nostros supradictos Mgcos Miączyńskich Conjuges ab usu, et pacifica possessione dictæ Villæ Mitkow amoturos, vel alienaturos, nec cui amovendi potestatem daturos, sed salvum, et integrum Jus advitalitiale Eisdem conservaturos, quòd et Sermi Successores Nostri prostare tenebuntur, Juribus Nostris Regalibus, Reipłcæ, et Sacræ Ecclesiæ Catholicæ salvîs manentibûs. In quorum fidem præsentes manu Nostrâ Subscriptas sigillô Regni communiri jussimus. Datum Grodnæ Die XXII. Mensis Novembris Annô Domini MDCCXLIV. Regnivero Nostri XII. Annô. Augustus Rex. Locus Sigilli Minoris Cancellariæ Regni. Joannes Wolski

Wolski Subclapifer Districtûs Chemnenſ Sᶜᵉ
Rᵉ Mttis Sigilli Regni Secretarius. Originale
verò suprascripti Consensûs infrascriptis Illrbus
Mgcis Cessionarijs ab Officio præsenti est extra-
ditum, de quo recepto, sibiquè realiter extra-
dito Officium præfens quietat per præsentes
de omni, et integro Jure præfatæ Mgcæ Ma:
tris suæ suprascripto, quod Ipsi super villam
Mitkow dictam in Palatinatu præfenti Lubli-
nensi sitam, et jacentem serviebat, cum omni
Bonorum eorundem seu Villæ memoratæ Ju-
re, Dominio, proprietate, propinquitate, Titu:
loquè Cessionario, tum cum Curia areis, ædi-
ficijs, Structuris, sepibus, sepimentis, hortis,
pomarijs, pascuis, pascuarijs, expulsorijs, vil:
lagijs, agris, pratis, campis, sylvis, borris, ga:
is, nemoribus, indaginibus, rubetis, mericis
virgultis, apibus, apisterijs, mellificijs, lacu-
bus, paludibus, ac earum singulis decursibus
et tractibus universis, stagnis, piscinis, mo-
lendinis, molendinatoribus, eorumq́ metre:
tis, tabernis, Tabernatoribus, nec non Subdi:
tis, Cmethonibus, Hortulanis, Inquilinis
Colonis, eorumq́ Fasis, clierum laboribus, Censi:
bus, Dationibus, obventionibus, ac quavis Eorun-
dem Subclitorum obedientia omnibusq́ et sin:
gulis

gulis Bonorum eorundem, seu Villa memorata uti-
litatibus, fructibus, proventibus, redclitibus, atti-
nentijs, et pertinentijs, ac commodis, et emolumen-
tis ex ijsdem Bonis modo quôvis provenientibus
generaliter universis, nullis penitùs exceptîs,
nec pro se, suisquè Successoribus, seu quopiam
alio reservatis, sed omnibus in genere, et singu-
lis in Specie comprehensis, generi per speciem,
et è contra in nullo derogando, verùm ita latè,
Longè, et circumferentialiter prout præfatorum
Bonorum, seu Villa memorata hæreditas se
in suis metis, et limitibus ab antiquo exten-
dit, et protrahit, estquè ab alijs vicinis conti-
guisq́ fundis, signis, metalibus, et scopulis gra-
nitialibus distincta, et dislimitata, ac prout
eadem Bona, seu Villam memoratam Ipsamet
Recognoscentis charissima Mater ab anteces-
soribus suis tenuit, habuit, et possedit, tenere-
què, habere, et possidere debuit, ac Ipsam quo-
vis Juris titulo legitimè spectabant, et concer-
nebant, ijsdemq́ utifruebatur; Jam ex nunc,
et de facto Illustribus, et Mǵcis Antonio Mia-
czyński Castellano Podlachiæ, et Dorotheæ
Ducissæ Korybutowna Woroniecka Conjugibus
Legitimis adhærendo Consensui suprascripto

Sa Rae mtis

Sæ Ræ Mttis cessit, et condescendit, prout præsentibus cedit, et condescendit, omneq. et integrum hoc idem Jus Ejusdem Matris suæ in Personas eorundem Cessionariorum suorum, et Ipsorum Successorum transfert, transfundit, et incorporat, plenariè, et ex integro, nihil Juris, Dominij, proprietatis, propinquitatis, ac competentiæ cujusvis ex præmissis pro eadem, Successoresq. Ejus, seu quopiam alio reservando, seu excipiendo. In quod quidem Jus Cessum, seu Bona memorata præsenti Juri cesso subiecta Intromissionem realem, et actualem, pacificamq. possessionem per Ministerialem quemvis Regni Generalem, et Nobiles duos præsentibus deputatos, quandocunque voluerit acceptandam, eandem Cessionarijs suis, et Ipsorum Successoribus jam exnunc dare, et liberè admittere, datamque, et admissam tam per eandem matrem suam, et Ipsius Successores, quàm per alias quasvis submissas, et subordinatas Personas non adimere, nec præpedire, ac Ipsos, Illorumq. Successores in Bonis præfatis præsenti Juri cesso subjectis modo quôvis non injuriari inscribit se submittit, et obligat. Hâc suâ personali Recognitione ad præmissa omnia accedente. Loco Sigilli Castrenq. Lublinensis. Correxit Dembiński

biński. Lectâ per Sokołowski. Quem ejusmodi Extractum, sicut præmissum oblatum, Nos ad acta præsentia Metrices Regni suscipi, ijsdem inseri, et Parti postulanti authenticè extradi, Originale verò rursùs Offerenti restitui permisimus, de quo recepto Cancellariam Nostram quietavit, et præsentibûs quietat, ac pro majori fide manu se suâ subscripsit. Felix Leśniewski mp In quorum fidem etc. Actum, et Relatio ut supra.

Actum Varsaviæ Feriâ Sextâ ante Dominicam Septuagesimam proximâ Die scilicet Decimâ Tertiâ Mensis Februarij, Annô Domini Millesimô. Septingentesimô, Quinquagesimô, Sextô.

Oblata Cessionis Villæ Klimiec in Personam Inósi Simonis Łabęcki Capitanei Rohatinensis etc.

Augustus III. &c.

Significamus etc. Quomodo coram Actis præsentibus Metrices Regni Cancellariæ Nostræ Majoris personaliter comparens Inósus Martinus Bukowiemski obtulit ad acticandum, actisq; præsentibus inscribendum Extractum Cessionis Bonorum Klimiec

Klimiec in Personam Inōsi Simonis Labęcki Capitanei Rohatinen. facta de tenore tali. Actus in Castro Żydaczovien. Sabbathō pridie Festi S.ae Catharinae Virginis, et Martyris Annō Domini Millesimō, Septingentesimō, Quinquagesimō, Tertiō, Coram Officio, actisq. praesentibus Capitanealibus Żydaczoviensibus comparens personaliter Illris, et Mgca Kossakowska, olim Illris, et Mgci de Labęcin Labęcki Rohatinen. Kisinen. et Markusovien. etc Capitanei Consors relicta Vidua, sana mente, et corpore existens Foro competenti omissō, et Jurisdictione propriā posthabitā, praesenti verò in se Successores, ac Bona sua omnia, quò ad actum hunc attinet benevolè assumpta palam, publicè, liberèq. recognovit. Quia Ipsa vigore Consensus ad cedendum de Jure suo advitalitio super Bona Regalia villa Klimiec in Palatinatu Russiae, Terra verò Premislien. sita, et jacentia habito in rem, et Personam Illris Mgci Simonis de eadem Labęcin Labęcki Rohatinen. Markuszovien. etc. Capitanei Filij sui sibi benigniter, à Sermo Augusto Tertio Poloniarum Rege collati, manu ejusdem Serenissimi Regis Poloniarum, et Perillris, ac Reverendissimi Domini Joannis Ktosowski Canonici

nonici Cathedralis Premisliens Secretarij Sae Rae
Mtis subscripti, et Sigillô Cancellariæ Regni com-
muniti, cujus tenor sequitur talis. Augustus
Tertius Dei Gratiâ Rex Poloniæ, Magnus Dux
Lithvaniæ, Russiæ, Prussiæ, Masoviæ, Samogitiæ,
Kijoviæ, Volhyniæ, Podoliæ, Podlachiæ, Livoniæ, Smo-
lenscia, Severiæ, Czerniechoviæq, nec non Hæredi-
tarius Dux Saxoniæ, et Princeps Elector. Signi-
ficamus præsentibûs Literîs Nostrîs quorum in-
terest Universis, et singulis. Consensisse, et permi-
sisse, consentireq, et permittere præsentibûs Li-
teris Nostris Gnôsæ Magdalenæ Labęcka ut
possit, et valeat de omni, et integro Jure suo ad-
vitalitio, quod Ipsi super Villam Klimiec in
Palatinatu Russiæ sibi servit, et competit cede-
re, illudq in Personam Gnôsi Simonis Labęcki
Capitanei Rohatinen Filij sui transferre, et
transfundere; Quæ quidem Cessio, Jurisq Trans-
fusio, postea quam coram actis authenticis
Regni facta, et recognita fuerit. Nos eam ra-
tam, et gratam habituri sumus, uti eam quæ
prævio hocce Consensu Nostro peragetur. Vigore
cujus Cessionis prædictus Gnôsus Simon Labę-
cki eandem Villam Klimiec cum omnibus præ-
dijs, Curijs

dijs, Curijs, adj
pijs, sylvis, borr
minibus, pisci
Subditis, eorun
et emolumentis
et pertinentijs
nebit, habebit
sue tempora
et Sermis Suc
nissimoq Suc
one prædicta Vi
bęcki amoturo
piam daturos,
talitium Cide
simi Successore
jus advitalita
partem quotan
re tenebitur. I
blica, Ecclesiæ
manentibûs.
nu Nostrâ su
niri jussimus.
Octobris Annô
Nostri XVII. A
ad cedendum
Russia sita

dijs, Curijs, ædificijs, Structuris, agris, pratis, campis, sylvis, borris, gais, nemoribus, fluvijs, fluminibus, piscinis, stagnis, molendinis, tabernis, subditis, eorumq́ laboribus, censibus, dationibq, et emolumentis, cunctis denique attinentijs, et pertinentijs eò antiquitùs spectantibus tenebit, habebit, et possidebit ad extrema vitæ sue tempora. Promittimus autem pro Nobis, et Sermis Successoribus Nostris non esse „nos" Serenissimosq́ Successores Nostros ab usu, et possessione prædictæ Villæ Klimiec, Eundem Prósum Labęcki amoturos, neque amovendi potestatem cuipiam daturos, sed salvum, et integrum Jus adventalitium Eidem conservaturos, quòd et Serenissimi Successores Nostri præstabunt. Ratione cujus adventalitatis solitam proventuum Quartæ partem quotannis ad Thesaurum Regni inferre tenebitur. Juribus Nostris Regalibus Reipublicæ, Ecclesiæq́ Sanctæ Romano-Catholicæ salvis manentibûs. In quorum fidem præsentes manu Nostrâ subscriptas, Sigillô Regni communiri jussimus. Datum Varsaviæ. Die I. Mensis Octobris Annô Domini MDCCL. Regni verò Nostri XVII. Annô. Augustus Rex. Consensus ad cedendum de villa Klimiec in Palatinatu Russiæ sita Prósæ Magdalenæ Labęcka in

Personâ

Personam Ignosi Simonis Labęcki Capitanei Rohatinenę Filij sui datus. Joannes Ktoszowski Canonicus Cathedralis Premislienę, S.R.M.tis Sigilli Regni Secretarius. mpp. Locus Sigilli minoris Cancellariæ Regni, de Bonis prædictis Regalibus Villa Klimiec in Palatinatu Russiæ Terra Premislienę sitis, et jacentibus cum omni eorundem Bonorum Villæ Klimiec Jure, Dominio, proprietate, propinquitate, utilitatibus, usibus, fructibus, proventibus, fundis, ædificijs, Hortis, sylvis, piscinis, stagnis, molendinis, molendinatoribus, Tabernis, alijsquè omnibus ad eadem Bona antiquitùs spectantibus attinentijs, et pertinentijs nihil prorsè, et suis posteris reservando, aut excipiendo, jam ex nunc, et de facto suprascripto Illrî Magnifico Simoni de Labęcin Labęcki Rohatinenę, Markusovienę etc Capitaneo cedit, et condescendit omnęq, et integrum Jus suum ac competentiam præmissorum omnium in rem, et personam ejusdem Cessionarij sui transfert, transfundit, et inveporat, plenariè, et ex integro. In quam quidem Villa Klimiec modo præmisso cessam, et transfusam supra-

scripta

scripta Illris Mgca Recognoscens prædicto Illri Mgco
de Labęcin Labęcki Rohatinenę Capitaneo Cessiona-
rio suo, ex nunc realem Intromissionem, et actua-
lem pacificamq́ possessionem cum præsentaneo Eo-
rundem Bonorum usufructu per ministerialem
Regni generalem quemvis, et nobiles duos facili-
ùs ad id conducendos vigore Inscriptionis præsen-
tis Cessionariæ Officiosè capiendam, et assumendæ
per præfatum Illrem Mgcum Cessionarium suum affe-
ctatam liberè dat, et admittit, eandemq́ in præfa-
ta Bona Villa Klimiec Regalia in Palatinatu
Russiæ, Terra Premisliensę sita, et jacentia non
denegaturam, neq́ præpedituram de Bonis suis
generaliter omnibus inscribit, et obligat, hâc
suâ personali recognitione ad præmissa omnia
accedente. Post ingrossationem verò præinserti Con-
sensûs, originale eidem Illri Magnifico de Labę-
cin Labęcki Rohatinenę Markusovienę etc Capita-
neo ab Officio præsenti est restitutum, de quo re-
stituto Officium præsens quietavit. Locus Sigilli
Castrenę Żydaczovienę. Ex actis Castrenę Capitł
Żydaczovienę extradit. Correxi Kłodziński mp.
Lectł cum actł per Jankiewicz. Quem ejusmodi
Extractł authenticè sic ut præmissum oblatum,
Nos ad acta præsentia Metrices Regni suscipi,
ijsdem inseri, et Parti postulanti Authenticè ex-
tradi, originale verò rursùs eidem Offerenti re-
stitui

stitui permisimus, de quo recepto Cancellariam Nostram quietavit, quietatq́ præsentibus, et proma-
jori fide manu se suâ subscripsit. Martinus Bukoiemski mp In quorum fidem etu. actum et Relatio ut supra.

Sub eodem Actu.

Oblata Intromissionis in Bona Klimiec Inoso Labęcki Capnęo Rohatinenę Collata.

Augustus III. &c.

Significamus &c. Quomodo coram Actis præsentibus Metrices Regni Cancellariæ Nostræ majoris personaliter comparens Inósus Martinus Bukoiemski obtulit ad acticandum, Actisquè præsentibus inscribendum Extractum Authenticum Intromissionis in Bona Klimiec Inóso Simoni Labęcki Capitaneo Rohatinenę data de tenore tali Actus in Castro Premislienę Feriâ Secundâ post Festum Sanctorum Innocentium Martyrum proxima Annô Domini Millesimô, Septingentesimô, Quinquagesimô, Quartô. Ad Officium et acta præsentia Castrenę Capitis Premislienę veniens personaliter Ministerialis Regni Inčlis Providus Paulus Skowroński auth: et juratus in vim sui veri, ac fidelis Relationis palam, liberè, publicè ac per expressum recognovit. Quia Ipse ex Officiosa

ciosa, eaq́ Juridica Illris Mgci Simonis de Labe=
cin Labecki Rohatinen, Kisinen, Markusovien, etc.
Capitanei requisitione ad Bona villa Klimiec in
Palatinatu Russia, et Terra præsenti Premislien
consistenq́ unâ cum Nobilibus Antonio Buczkow-
ski, et Gregorio Dąbrowski Feriâ Secundâ ante Fe:
stum Nativitatis Christi Domini Annô currenti
Millesimô, Septingentesimô, Quinquagesimô Quar-
to plr et defacto condescendebat ibidemq́ cum di=
ctis Nobilibus suprascriptum Illrem Mgcum Re-
quirentem vigore Cessionis coram Actis Offi=
cij Castrenq́ Żydaczovienq́ circa Consensum á
Sacra Regia Mtte benigniter collatb recogni=
ta cum omnibus eorundem Bonorum Villa
Klimiec Subditis Cmethonibus, Hortulanis
Inquilinis, Stagnis, piscinis, Curijs, et ædifi=
cijs, Censibus, laboribus, et dationibus ab an-
tiquo fieri solitis, omniqué usu fructu intro-
misit, investivit, et incorporavit, obedientiam
per Subditos præstandam indixit, de quo
præsens ejusdem Ministerialis Relatio. Lo-
cus Sigilli Castrenq́ Premislienq́. Correxit
Bandrowski. Legit cum actis Żurowski.
Quem ejusmodi Extractum Intromissionis
sic ut præmissum oblatum. Nos ad acta
præsentia

præsentia Metrices Regni suscipi, ijsdem inseri, et Parti postulanti authenticè extradi, originale verò rursùs Offerenti restitui permisimus, de quo recepto Cancellariam Nostram quietavit, quietatquè præsentibus, et pro majori fide manu se sua subscripsit. Martinus Bukoiemski mp. In quorum fidem etc. Actum et Relatio ut supra.

Sub eodem Actu

Oblata Privilegÿ super Scultetiam in Villa Rakowiec Gnōsis Ledwońskim Conjugibus servientis.

Augustus III &c.

Significamus etc. Oblatas esse ad acta præsentia Metrices Regni Cancellariæ Nostræ Majoris Literas Privilegÿ super advocatiam, sive Scultetiam in villa Rakowiec in Palatinatu Pomeraniæ sitt Gnōsis Francisco Ledwoński, et Mariæ Franciscæ Conjugibus per Nos benignè collati manu Nostra subscriptas, et Sigillo Minoris Cancellariæ Regni communitas, sanas, salvas et illæsas, omnig suspitionis nota carentes, de tenore tali. Augustus Tertius Dei Gratia Rex Poloniæ, Magnus Dux Lithuaniæ, Russiæ, Prussiæ, Masoviæ, Samogitiæ, Kijoviæ, Volhyniæ, Podoliæ, Podlachiæ, Livoniæ, Smolenscię, Severiæ Czerniechoviæg nec non Hæreditarius Dux Saxoniæ

Saxonia Princeps et Elector. Significamus præ-
sentibus Literis Nostris quorum interest Univer-
sis, et singulis. Quod Nos in tuitu meritorum Ge-
nerosi Francisci Ledwoński Nobis, et Reipłæ præ-
stitorum, faciendum esse duximus, ut Ipsi, ac Con-
sorti Ejus Legitimæ Mariæ Franciscæ ambobus in
solidum Advocatiam, sive Scultetiam in Villa Ra-
kowiec in Palatinatu Pomeraniæ sitb, per Gnosos
olim Stanisławski tandem Szeliski, ac ultima-
rie per Gnosos Nicolaum Wobersznau, et There-
siam de Dominskie possessam, et ad præsens ad
dispositionem Nostram Regiam devolutam, dare-
mus, et conferremus uti quidem præsentibus Li-
teris Nostris damus, et conferimus, ita ut præ-
libatus Gnosus Franciscus Ledwoński, et Consors
ejus Maria Francisca ambo dictam Advocatiam
sive Scultetiam in Rakowiec cum omnibus agris,
pratis, campis, sylvis, nemoribus, rubetis, piscinis,
laubus, stagnis, molendinis, tabernis, Subclitis eo-
rumq́ laboribus, datijs, dationibus, censibus, com-
modis, et emolumentis, prorsus cum omnibus atti-
nentijs, et pertinentijs, ad dictam Advocatiam,
sive Scultetiam antiquitus, et nunc spectanti-
bus ad extrema vitæ sue tempora tenebit, habe-
bit, et possidebit. Promittentes pro Nobis, et Sermis
Successoribus Nostris non esse Nos, neq́ Sermos
Successores Nostros ab usu, et pacifica possessione
prælibatum Gnosum Franciscum Ledwoński
et Consorte

et Consortem ejus legitimam Mariam Franciscam
ambos amoturos, neque amovendi cuipiam potesta-
tem daturos, sed salvum, et integrum Jus advitalitiu
conservaturos. Ratione cujus advitalitatis solitam
proventuum partem quartam ad Thesaurum Re-
gni inferre tenebuntur Juribus Nostris Regali-
bus, Reipl̃cæ Ecclesiæq̃ Romano-Catholicæ salvîs
manentibûs. In quorum fidem præsentes manu
Nostrâ subscriptas Sigillô Regni communiri jus-
simus. Datum Varsaviæ Die IX. mensis Augusti
Annô Domini MDCCLIV. Regni vero Nostri XXII.
Annô. Augustus Rex. Locus Sigilli Minoris Can-
cellariæ Regni. Advocatia, sive Scultetia in Vil:
La Rakowiec in Palatinatu Pomeraniæ sitâ per
Jnôsos olim Stanislawski, tandem Szeliski, ad ul:
timariæ per Jnôsos Nicolaum Wobersznau, et The-
resiam de Dominskie possessa, et ad præsens
ad dispositionem Regiam devoluta, Jnôso Fran-
cisco Ledwoński, et Mariæ Franciscæ Consorti ejus
legitimæ ambobus datur. Joannes Kłossowski Ca-
nonicus Cathedralis Premisliensis, Sacræ Regiæ
Mttis Sigilli Regni Secretarius. mp. á tergo verò
ejusdem Privilegij verba sunt hæc: Pro Cancellaria-
tu Illrmi Excellmi, et Rmi Dñi Michaëlis Comitis
de Pranow Wodzicki, Decani Cathedralis Cracovi-
ensis, abbatis Commendatarij Cervenen, et Clare
Tumbæ Pro Cancellarij Regni Sigillatum. Quos

ejusmo-

ejusmodi Literas, sic ut præmissum oblatas Nos ad eadem acta Metrices Regni suscipi, ijsdem inseri, et Parti postulanti authenticè extradi, originale verò rursùs offerenti restitui: de quo recepto Cancellaria Nostra quietatur. / permisimus. In quorum fidem etc. Actum et Relatio ut supra.

Actum Varsaviæ Feriâ Quarta post Dominicam Reminiscere Quadragesimalem proximâ, Die scilicet Decimâ Septimâ Mensis Martij Annô Domini Millesimô Septingentesimô Quinquagesimô, Sextô.

Quietat Inosus Steinhauzer S. R. Mttis Consiliarius Mgûm Palatinum Cracoviensem Supremum Exercituum Regni Ducem de Summa 4500. aureorum Hungaricalium.

Augustus III. &c.

Significamus &c. Quomodo coram Actis præsentibus Metrices Regni Cancellariæ Nostræ Majoris personaliter comparens Generosus Joannes Beniamin Steinhauzer Consiliarius, et Assessor Cameræ Nostræ nomine, et pro parte Theresiæ Augustissimæ Josephæ Mariæ Consortis Nostræ Charissimæ, uti Plenipotens agens, sanus mente, et corpore existens, à Foro Terris Districtibus et Jurisdictione

et Jurisdictione sua quavis propria, et competenti
recedendo, præsenti verò Nostræ Regiæ, se cum Bo-
nis suis generaliter omnibus subÿciendo, et incor-
porando sponte, palam, liberè, ac per expressum
recognovit, præsentibusque recognoscit. Quia
Ipse inhærendo Contractui Arendatario Capitane:
atûs Prodecensis cum Magnifico Joanne Cle:
mente Comite de Ruszcza in Tyczyn, Tykoin,
et Branice Branicki Palatino Cracoviensi
Supremo Duce Exercituum Regni, Branscensi,
Bielscensi, Krosnensi, Moscicensique Capitaneo
inito, et concluso Eundem Mgcum Palatinum
Cracoviensem Supremum Exercituum Regni
Ducem, Ipsiusque Successores de Summa qua-
tuor millium Quingentorum Aureorum Hun-
garicalium in specie pro Rathis, scilicet totius
Anni Millesimi, Septingentesimi, Quinquage-
simi, Quinti, immediatè præteriti, inipientis
à Festo Circumcisionis Christi Domini, et ultima
Die Mensis Decembris ejusdemmet anni Mille-
simi, Septingentesimi, Quinquagesimi, Quinti
terminati, ex Tenuta præfati Capitaneatûs Pro-
decensis Juri Reformatorio Serma Conjugis Nostræ
subjecti provenienti, realiter, et effectivè in pa-
rata pecunia, videlicet ad Quietationem manu-
alem Proforum Sale de Prossa, et Viminko Die

Prima

Prima Julij Annô prædictô Millesimô, Septingen-
tesimô, Quinquagesimô, Quintô datuatam, de
Summa Decem millium florenꝝ polonꝝ. ad ma:
nus Pnôsi moderni Recognoscentis Die Trigesi.
mâ mensis Septembris eodem Anno 1755. de
Summa Triginta Quinque Millium Centum
Triginta florenꝝ polonꝝ, et grossos Septemdecem
ad Quietationem Pnôsi Skala Ober Præfecti Syl:
varum Die 31. Decembris 1755. datam de flo.
renis Trecentis Sexdecem gross: 20. et ad bi:
nas Quietantias Nblis Haberland, scilicèt Die
Prima Octobris 1755. et Die Prima Januarij an-
ni præsentis 1756. de florenꝝ Centum Quinqua-
ginta Duobus. atq́ iterum ad binas Quietanti:
as Nblis Pulitzk Die 1ma Augusti, et Nona
Decembris 1755. de florenꝝ Centum Quinqua-
ginta duobus. Et ultimariè ad manus Pnôsi mo-
derni Recognoscentis in Aureis Hungarica-
libus Mille Octingentis Triginta Sex, florenꝝ
Triginta Tria Millia Quadraginta Octo efficien,
tùm in alba moneta de Summa Duorum Mil:
lium Duentorum florenꝝ. gross. viginti Tri-
um Die Decima Sexta Mensis, et Anni nunc
currenꝝ. persolutis. Summamq́ simul junctam
florenꝝ Octuaginta Unius Millium efficienti

bus; De

bus. De qua prædicta Summa taliter ut præmij=
sum est enumerata, et exoluta quietat, et abso=
lutum mittit, nihil prætextûs, et cujusvis præten=
sionis intuitu præfatæ Summæ superiùs indigi=
tatæ prædicto Thesauro reservando, aut quôquô
modô excipiendo. Hâc suâ personali Recogniti=
one ad præmissa mediante. In forma alias Qui=
etationis plenissima, et de Jure perfectissima
Quam manu suâ propriâ Idem Inósus Reco=
gnoscens subscripsit. Jan Benjamin Stein=
hauzer. Quam ejusmodi Quietationem sic ut
præmissum factam, et recognitam, Nos rata,
firmam, ac de Jure validam habentes, haberi.
què ab omnibus volentes eam ad Acta præsen=
tia Metrices Regni suscipi, ijsdem inseri, et
Parti postulanti authenticè extradi permi=
simus. In quorum fidem etc. Actum, et Re=
latio ut Supra.

Sub eodem Actu.

Oblata Privilegÿ Pensionis super Rediti=
bus Postæ Jedanen. Inósæ Annæ de
Hiche Inósi de Thiolij Consorti concessa.

Augustus III &c.

Significamus &c. Oblatas esse ad acta præ=
sentia

sentia Metrices Regni Cancellariæ Nostræ Ma:
joris Litezas Privilegij super Pensionem Bismil:
le Thalerorum ex redditibus Postæ Jedanen:
Snôsæ Annæ de Hiche Snosi de Thioly Consorti
per nos benigniter concessas, manu Nostra sub-
scriptas, et Sigillo Majoris Cancellariæ Regni com-
munitas, sanas, salvas, et illæsas, omniquè su:
spitionis nota carentes tenoris talis. Augustus
Tertius Dei Gratiâ Rex Poloniæ, Magnus Dux
Lithvaniæ, Russiæ, Prussiæ, Masoviæ, Samogi-
tiæ, Kjoviæ, Volhyniæ, Podoliæ, Podlachiæ, Li:
voniæ, Smolenscie, Severiæ, Czerniechoviæque,
nec non Hæreditarius Dux Saxoniæ, et Prin.
ceps Elector. Significamus præsentibus Li:
teris Nostris, quorum interest universis, et singulis. Sup-
plicatum Nobis fuit Nomine, et pro parte Snôsi Joan.
nis Ludovici Thioly Consiliarij Cameræ Nostræ, quate:
nus Pensionem bis mille Thalerorum, quam Ipsi super
redditibus Postarum Nostrarum Jedanen, in Prussia
per Privilegium Die XIV. Mensis Decembris Annô
MDCCXLIV. clementer assignaveramus, etiam Annæ
de Hiche Consorti ejus legitimæ communicaremus,
conferremus, assignaremus, et donaremus. Nos habi-
tô respectu meritorum supradicti Snôsi Thioly Sup-
plicationi ejus annuentes præfatam pensionem quâ
hucusq; solus gaudebat, etiam memoratæ Annæ de

Thioly

Thioly præsentibûs Literîs Nostrîs communicamus, assignamus, donamus, et quatenus opus est, de novo conferimus, ita ut ab hinc dictam pensionem ambo in solidum quàm diu vixerint, habeant, vel alterutrô vitâ functô, Conjux Superstes habeat; Quod ad notitiam omnium præsertim verò Gnósi Administratoris, seu Magistri Gnâlis Postarum Nostrarum per Prussiam, Samogitiam, Curlandiam, et Livoniam, nunc, et pro tempore existentis, ejusquè subalternorum Officialium deducentes, mandamus, quatenus sæpedictam pensionem bis mille Thalerorum, sive Sex Millia Florenę monetæ in Terris Nostris Prussiæ currenę, præfatis Gnosis Joanni Ludovico Thioly, et Annæ de Hiche Conjugibus ex Proventibus Postarum Nostrarum Sedanenę realiter, et in effectu persolvat, et persolvi faciat pro Gratia Nostra. In quorum fidem præsentes manu Nostrâ subscriptas Sigillô Regni communiri jussimus. Datum Varsaviæ, Diè XXII Novembris. Annô Domini Millesimô, Septingentesimo Quinquagesimô, Quartô. Regni verò Nostri XXII. Annô. Augustus Rex. Locus Sigilli Majoris Cancellariæ Regni. Pensio bis mille Thalerorum super redditibus Postæ Sedanenę Gnóso Ludovico de Thioli Consiliario Camerę Nostræ assignata ad Gnósam Annam de Hiche Conjugem ejus extenditur. Adalbertus Rakowski Sr Rae Mtis, et Sigilli Majoris Regni Secretarius. A tergo verò harum Literarum

tenor

tenor sequitur talis. Cancellariatu Illrmi, et Excel:
lentissimi Domini Joannis Comitis in Konskie et Bia:
laczow á Malachowice Malachowski Supremi Regni
Cancellarij Ostrolęcen etc. Capitanei Sigillatis.
Quas ejusmodi Literas, sic ut præmissum oblatas
Nos ad acta præsentia Metrices Regni suscipi, ijs:
dem inseri, et Parti postulanti authenticè extra:
di, originale verò rursùs Offerenti restitui fide quo
recepto Cancellaria Nostra præsentibus quietatur,
permisimus. In quorum &c. actum ut supra. Re
latio Illrmi et Excellmi Dñi Joannis Comitis in
Konskie, et Bialaczow á Malachowice Malachôski
Supremi Regni Cancellarij Ostrolęceng et Bucznio.
vieng etc Capitanei.

Actum Varsavia Feriâ
Sextâ post Dominicam Passi:
onis Quadragesimalem proxi:
mâ, Die Scilicet Nonâ Men:
sis Aprilis, Annô Domini Mil:
lesimô, Septingentesimô, Quin:
quagesimô. Sextô.

Quietat I. Rostkowski Illrem Mgcu Ca:
stellanum Cracovien sem.

Augustus III. &c. Significamus &c. Quomodo

coram

coram actis præsentibus Metrices Regni Cancellariæ Nostræ Majoris personaliter comparens Inōsus Franciscus Rostkowski Pinerna Rosarien. sanus mente, et corpore existens, à Foro Terris, Districtibus, et Jurisdictione sua quavis propria, et competenti recedendo præsenti verò Nostræ Regiæ Jurisdictioni, se cum Bonis suis generaliter omnibus subijciendo, et incorporando, sponte, palam, libere, et per expressum recognovit, præsentibusq́ recognoscit. Quia Ipse Illrem Mgcum Stanislaum Ciolek Poniatowski Castellanum Cracovien. Capitaneum Striensem de certo scripto hic Varsaviæ Die Duodecimâ Mensis Aprilis, Annô proximè, et immediatè translapsô Millesimô, Septingentesimô, Quinquagesimô, Quintô in rem, et Personam sui Recognoscentis conscripto, manu prædicti Illris Magnifici Castellani Cracoviensis subscripto, et Sigillo Ejus gentilitio in cera rubra Hispanica expresso communito, vadioquè Quinquaginta quatuor millium Florenorum Polonicalium vallato, actisq́ præsentibus Metrices Regni Cancellariæ Nostræ Majoris sub actu Varsaviæ Sabbatho in Vigilia Festi S. Laurentij Martyris. Die scilicet Nonâ Mensis Augusti eôdemmet Annô 1755. per Inōsum Casimirum Karaś Pincernam Buscensem specialem coram actis Castrensibus Capitaneatibus Varsaviensibus Feriâ Quintâ post Festa solennia Sacri Paschatis supramemoratô Annô

rato Annô 1755. inscriptum Plenipotentem, robora:
to, ob prostitam sibi plenariam satisfactionem, pre-
dictiq scripti in omnibus punctis, et clausulis ad-
impletionem quietat, absolutumquè et liberum
mittit, scriptum supra de actu indigitatum cum
vadio cum vadio ejusq roboratione cassat, et anni:
hilat, nihil sibi, suisq Successoribus quidquàm Ju:
ris, vel ajusris prætensionis ad prælibatum Illrē
Mgnum Castellanum Cracovien, ac Ejus Successo.
res relinquit, et reservat. Hâc suâ personali Re:
cognitione ad præmissa mediante. In forma
aliàs Quietationis de scripto plenissima, et de
Jure perfectissima. Quam Idem Recognoscens manu
sua subscripsit. F. Rostkowski Cz: Roz. mp Quam
ejusmodi Quietationem, sic ut præmissum facta,
et recognitam Nos ratam, firmam, ac de jure vali:
dam habentes, haberiq ab omnibus volentes, eam
ac acta præsentia Metrices Regni suscipi, ijsdem
inseri, et Parti postulanti authenticè extradi, per:
misimus. In quorum fidem etc. Actum et Relatio
ut supra.

Sub eodem Actu.

Constituunt Plenipotentes Nosa Prin:
cipes Lubomirska, et Radzivillowa Ma:
ter, et Filia.

Augustus III. &c. Significamus etc. Quomodo coram

coram actis præsentibus Metrices Regni Cancellaria Nostræ Majoris personaliter comparentes Jene: rosa Ursula de Branickie olim Jenerosi Joannis Lubomirski Sacri Romani Imperij Principis, Capitanei Bolemovien Consors relicta Vidua Mater, tùm Marianna Ejusdem Jnósæ Ursulæ de Branickie cum supradicto Jnóso Joanne Lubomirski Matrimonialiter procreata Filia Jnósi Caroli Ducis Radziwiłł Enjsiferi M.D. Litt.ae Consors, ob absentiam prælibati Maritisui in assistentia Mgci Joannis Comitis in Końskie, et Białozow á Małachowice Małachowski Supremi Regni Cancellarij, Ostrołęcen, et Buzniovien etc Capitanei agens sana mentibus, et corporibus existentes á Foro, Terris, Districtibus, et Jurisdictionibus suis quibusvis proprijs et competentibus recedendo, præsenti verò Nostræ Regiæ Jurisdictioni se cum Bonis suis generaliter omnibus subijciendo, et incorporando sponte, palam, liberè, ac per expressum recognoverunt, præsentibusque recognoscunt. Quia Ipsæ Jnósos Cajetanum Strynieuieski Enjsiferum Podoliæ, Koszowski Thesaurarium Leopoliensem Buczacz Burgrabium Vloclimirien Potuchowski Tribunum Opocznen, Januszewicz Camerarium Prænitialem Siradien, Josephum Piniński Camerarium Prænitialem Lublinen, Pawroński Venatorem Kijovien, Felicem Skorupka Neokorczyzneń Laurentium Młodzianowski, Raczyński Krasnostawien

instauient, Felicem Piniński Novogrodensem Regen-
tes Castrenz, Iosephum Kapliński in suos, veros, le-
gitimos, ac indubitatos Plenipotentes eligunt, consti-
tuunt, faciunt, inscribunt, et solenniter ordinant dan-
tes, et conferentes Ipsis tàm divisim, quàm conjun-
ctim plenariam facultatem, omnimodamq; potesta-
tem, Causas suarum Recognoscentium Juridicas, et
extrajudicas generaliter omnes, et singulas cum
quibusvis Personis, occasione cujusvis negotij in omni
Officio, et Judicio Majoris, Minorisvè Subsellij ha-
bitas, et habendas, institutas, et instituendas promo-
vendi, defendendi, jure tuendi, comparitiones in-
scribendi, Decreta suscipiendi, à contrarijs appel-
landi, seu movendi, juramenta attentandi, pœnas
judiciarias levandi, de levatis quietandi, Intromij-
siones in Bona offerendi, suscipiendi, et apprehen-
dendi, executiones urgendi, attentandi, arresta im-
ponendi, Transactiones ineundi, alios Plenipotentes
in locum sui cum simili, vel limitata potestate in-
stituendi, Cæteraquè pro Causarum, et negotiorum
exigentia debito Juris Ordine peragendi, et exequen-
di. Offerendo se omnia per Ipsos Legitimè, et Juridi-
cè peracta pro rato, et valido suscepturas. Quam
Plenipotentiam ad Triennium duraturam Ed-
dem Prosa Recognoscentes manibus suis pro-
prijs subscripserunt. V Lubomirska. Maria z
z Lubomirskich Radziwiłłowa M.W.W.X.L. Jo-
annes

annes Malachowski S. R. Cane. mp. Quam ejusmodi Plenipotentiam sic, ut præmissum factam, et recognitam. Nos ratam, firmam, ac de Jure validam habentes, haberique ab omnibus volentes, eam ad acta præsentia Metrices Regni suscipi, ijsdé inseri, et Parti postulanti authenticè extradi permisimus. In quorum fidem etc. Actum et Relatio ut Supra.

Actum Varsavia Sabbathô pridie Dominicæ Ramis Palmarum Die silicet Decimâ Mensis Aprilis Anno Domini Millesimô, Septingentesimô, Quinquagesimô, Sextô.

Plenipotentem Substituit J. Steinhauzer Consiliarius S.R.Mtis Inosum Andream Jostomski.

Augustus III. &c.

Significamus &c. Quomodo coram Actis præsentibus Metrices Regni Cancellaria Nostræ Majoris personaliter comparens Inosus Joannes Beniamin Steinhauzer Consiliarius, et Assessor Camera Nostræ, Thesauri verò Serenissimæ Josephæ Mariæ Consortis Nostræ Charissimæ Plenipotens, sanus mente, et corpore existens, á Foro, Terris, Districtibus, et jurisdictione sua quavis propria, et competenti recedendo, præsentiverò Nostræ

rò Nostræ Regiæ Jurisdictioni se cum Bonis suis ge:
neraliter omnibus subijciendo, et incorporando, spon-
tè, palam, liberè, ac per expressum recognovit, præ:
sentibusq́ recognoscit. Quia Ipse vigore Diplomatis
per prædictam Serma Josephan Mariam Consortẽ
Nrám Charissimam in Personam sui Recognoscen:
tis, cum facultate alios Plenipotentes, in locum
sui substituendi, dati, Jnósum Andream Jostom-
ski Regentem Castrenq́ Vschovenq́ in verum, et
indubitatum Plenipotentem substituit, et solen-
niter ordinat, dans, et concedens eidem Jnóso Jo:
stomski plenariam facultatem, omnimodamque
potestatem, Causas generaliter omnes Capita:
neatûs Jrodecenq́ Juri Reformatorio præexpressæ
Sermæ Conjortis Nrò Charissimæ subjecti cum
quibusvis Personis, occasione cujusvis negotij, in
omni Officio, et Judicio Majoris, minorisvè Subsel:
lij habitas, et habendas, institutas, et institu-
endas, et singulariter Causam cum Venbli Jorgio
Krysztofowicz Præposito Magieroviensi interce:
dentem promovendi, defendendi, Jure tuendi, com-
paritiones inscribendi, Decreta suscipiendi, á Con-
trarijs appellandi, juramenta attentandi, pœ:
nas Judiciarias levandi, de levatis quietandi,
arresta imponiendi, executiones urgendi, cæte:
raq́ pro Causarum, et negotiorum exigentia
debito Juris ordine peragendi, et exequendi offe:

rendo se

rendo se Nomine Sermæ Consortis Nræ Charissimæ omnia per Eundem Jnōsum Substitutum Plenipo-tentem Legitimè, et juridicè peracta pro rato, et grato suscepturum. Quam Plenipotentiam Idem Jnōsus Recognoscens manu propria subscripsit. Jan Beniamin Steinhauzer. Quam ejusmodi Ple: nipotentiam sic ut præmissum factam Nos rata "firmam" ac de Jure validam habentes, haberiq ab omnibus volentes eam ad Acta præsentia Metrices Regni suscipi, ijsdem inseri, et Parti postulanti authenticè extradi permisimus. In quorum fidem etc. Actum et Relatio ut Supra.

Actum Varsaviæ Feriâ Secundâ, pri: die Festi Sctæ Margaretha Virginis, et Martyris, Die Scilicet Duodecimâ Mensis Julÿ, Annô Domini Millesimô, Septingentesimô, Quinquagesimô Sextô.

Quietat S. Steinhauzer Sctæ Rtæ Mtis Consiliarius Magnificum Palatinum Cracovien Supremū Exercituum Duem de Summa 2000 Aureorum Hungaricalium.

Augustus Tertius etc.

Significamus etc. Quomodo coram actis præsentibus Metrices Regni Cancellariæ Nostræ Majoris personaliter comparens Jnōsus Joannes Beniamin Steinhauzer Consiliarius, et Assessor Camerę

Nrō

Nostra Thesauri verò Serma Josepha Maria Con-
sortis Nra Charissima Plenipotens, sanus mente,
et corpore existens â Foro, Terris, Districtibus, et
Jurisdictione sua quavis propria, et competenti re:
cedendo, præsenti verò Nostra Regia, quò ad infra:
recognoscenda attinet, se cum Bonis suis genera:
liter omnibus subijciendo, et incorporando, spon-
tè, palam, liberè, ac per expressum recognovit, pro-
sentibusq recognoscit. Quia Ipse inhæreñdo Contractui
Arendatario Capneatûs Prodecenq cum Mgco Joanne
Clemente Comite de Ruszcza in Tyczyn, Tykocin, et
Branice Branicki, Palatino Cracovienq, Supremo Du-
ce Exercituum Regni, Bransienq, Bielscenq, Kro:
snenq, Moscicenscq Capitaneo inito, et concluso,
Eundem Mgcum Palatinum Cracovienq, Ipsiusque
legitimos Successores de Summa Duorum milli:
um Aureorum Hungaricalium in specie pro ra:
tha, scilicet medij Anni incipientis â Festo SS.
Trium Regum, Anni nunc currentis, et pro Festo
Nativitatis S. Joannis Baptistæ ejusdemmet An-
ni Millesimi, Septingentesimi, Quinquagesimi Sex:
ti, terminati, ex Tenuta præfati Capitaneatus Pro-
decensis Juri Reformatorio Sermæ Conjugis Nostræ
Subjecti provenienti, realiter, et effectivè in para-
ta pecunia enumerata, et exoluta quietat, et ab-
solutum mittit; Nihil prætextûs, aut cujusvis pre-
tensionis intuitu prætacto Summo, præallegato The-
sauro ad Eundem Mgcum Palatinum Cracoviense

reservando

reservando, aut quôquô modô excipiendo. Hâc suâ personali Recognitione ad præmissa mediante. In forma aliàs Quietationis plenissima, et de Jure perfectissima. Quam Idem Jnosus Recognoscens manu propria subscripsit. Jan Beniamin Steinhauer. Quam ejusmodi Quietationem, sic ut præmissum factam, et recognitam, Nos ratam firmam, ac de Jure validam habentes, haberique ab omnibus volentes, eam ad acta præsentia Metrices Regni suscipi, ijsdem inseri, et Parti postulanti authenticè extradi permisimus. In quorum fidem etc. Actum et Relatio ut supra.

Sub eodem Actu.

Oblata Contractûs Arendatarij ratione Capitaneatûs Brodecens initi.

Augustus Tertius. &c.

Significamus &c. Oblatas esse ad acta præsentia Metrices Regni Cancellariæ Nostræ Majoris, Literas Contractûs Arendatarij Quadriennalis inuipientis à Festo SS. Trium Regum Anni nunc currentis Millesimi, Septingentesimi, Quinquagesimi, Sexti, et pro eodemmet Festo in Anno Deodante venturo Millesimo, Septingentesimo Sexagesimo terminandi, ratione Capitaneatûs Brodecensis inter Mgum Rupertum Florianum de Wessenberg, Liberum Baronem in Ampringen, Sermæ Josephæ Mariæ

Conjugis

Conjugis Nostræ Charissimæ, Supremum Præfectu
ab una, atq; Mgcum Joannem Clementem Comi-
tem in Ruszcza, Iyczyn, Iykocin, et Branice
Branicki Palatinum Cracovien: Supremum
Exercituum Regni Duem, Bielscen: Branscen,
Krosnen: et Moscicen: Capitaneum, initi, et
conclusi, manu præallegati Magnfci de Wessen:
berg subscriptas, et Sigillô ejus gentilitio in ce:
ra rubra hispanica expresso communitas, sa:
nas, salvas, et illæsas, omniq prorsùs suspitionis
nota carentes, tenoris talis= In Nomine Sanctis-
simæ Trinitatis. Notum sit, quibus interest. Li:
cet Augustissimæ Reginæ Poloniæ, Electricis
Saxoniæ etc. intentio fuerit Capitaneatum
Prodecien: post Triennalis Contractûs aren:
datorij in fine anni elapsi decursum ad pro:
priam administrationem revocare, et recipere?
Tamen sua Majestas Reginalis ex singulari fa:
vore, et propensione erga Illustrissimum, et Ex:
cellentmum Dnm arendatorem, continuati-
onem Contractûs arendatorij desiderantem, de:
crevit, ut Contractus arendatorius non tantùm con-
tinuetur, sed etiam ad Quatuor Annos prolongetur;
Quapropter in conformitate hujus Clementissimi
affectus, et Consensus inter Illrmu, et Excellmu
Dominu de Wessenberg Liberum Baronem de
Ampringen: aquilæ Polonicæ Equitem, aulæ
Sacræ Reginalis Majestatis Supremum Præfectu
ex una, et Illrmum, et Excellentmu Dominu
Joannem

Joannem Clementem Comitem in Rusca in
Tyczyn, Tykocin, et Branice Branicki Palati-
num Cracovien: Exercituum Regni Ducem,
Bielscensem, Kromensem, Mosicen: Sanovien:
& Capitaneum ejusdem alba Aquila Polonica
Equitem, ex altera parte, Contractus Arendatorius
de Capneatu Prodecen: subsistens, ad alios quatu-
or annos continuos á Festo videlicet SS. Trium
Regum Anni Millesimi, Septingentesimi, Quin-
quagesimi, Sexti, usq ad eundem Terminu in An-
no Deodante venturo Millesimo, Septingentesimo,
Sexagesimo computandos, justa conditiones subse-
quentes, praviâ tractatione scienter, volenterq con-
clusus est. Et quidem Imo. Illrmus, et Excellmus
Dnus Palatinus Cracovien: Supremus Exercitu-
um Regni Dux, vigore praesentium Spondet, et pro-
mittit non solum titulo Annalis Locarij, Summa
Quatuor Millium Ducatorum Hungaricalium,
justi Hungarici ponderis, Florenq Octodecem Po-
lonicall, numerandorum exolvere, sed etiam dicta
Summam absq ulla detractione, uti in priori-
bus Contractibus praecautum est, ad Thesaurum
Sae Reginalis Mttis Varsaviae, per manus Prosi-
Steinhauser binis rathis, scilicet unam Die
Secundâ Januarij, alteram vero Die Vigesimâ
Tertiâ Junij, cujuslibet Anni arendatorij, inhoan-
do ab anno instanti Millesimô, Septingentesi-
mo,

mo Quinquagesimô, Sextô. sub obligatione ad præ:
standum Interesse mora accuratè anticipando
persolvere, et tali modo per omnes quatuor annos
Arendatorios præcisè, et sub hypotheca Bonorū,
nec non expressa clausula cassatorea hujus Con:
tractûs, in casu non secuti hujus articuli im:
plementi, continuare, se obstringit, cum hoc an:
nexo, ne in posterum tàm ratione monetæ, quàm
ratione ponderis Aureorum ulla intercedat dif:
ferentia, duas, tertias, vel ad minimum dimi:
diam partem Annalis Locarij in Auro, nempe
Ducatis ut supra expressum est, justi Hungarici
ponderis solvere, insimulq; defectum Ducatorū
minùs ponderantium sex grossis Polonicalibus
pro quolibet asse, decedente supplere, residuum
autem Annalis Locarij, in moneta argentea
videlicet Symphonibus, polono-Saxonicis, si
veteres deficiant, præstare. 2do. Illrmus, et
Excellmus Dominus Tenutarius in conformi:
tate expressa anteriorum Contractuum de:
clarationis, suscipit omnes casus fortuitos,
et nullam ex ejusmodi genere ratione cala:
mitatis, sterilitatis, exundationis, morti:
nij, combustionis particularis, siccitatis,
et horum similium exorto, vel oriundo da:
mno, modo non sit damnum universale

prætensione

pratensione facturum, multominùs aliquid ti-
tulo, cujuslibet demum indemnisationis Loca-
rio Annali detracturum pollicetur. 3tio. Insi-
mul reparationem necessariâ, et conservationem
omnium ædificiorum, et Palatiorum possibi-
lem in Prodeck, Wyszenka, et Starzyska cum hor-
to ad hoc pertinente, nec non stagnorum, et pisci-
narum, tabernarū, braxatoriorū, et molendino-
rum in se suscipiendo, spondet se omnem lapi-
dem moturum, suisq Commissarijs, et Subordina-
tis fortiter injuncturum, ut omnia prætacta
in debito æconomico statu ad minimum eo,
quo tempore initi Contractus primi fuerant
et Illrmo Dño Tenutario tradita sunt, inveni-
antur, et aliquando tandem sub finem hujus
Contractûs retrâdi queant, adjectâ tamen clau-
sulâ, quodsi ædificium, vel Palatium aliquod, ita
sit perse ruinosum, ut amplius reparatione con-
servari nequeat, prævia notificatione, et habi-
tâ occulatâ per Commissarios Sae Rae mtis in-
spectione, media restaurationis necessariæ ab
aula procideantur. 4to. E contra Illrmus
et Excellmus Dnus Liber Baro de Wessenberg
auctoritate, et vigore mandati specialis. Sae
Reginalis majestatis Illrmo, et Excellmo Dño
Tenutario, omnia Oppida, villas, prædia,

unà

una cum omnibus eorum Subditis, et Colonis,
horum laboribus, dationibus, censibus, vigilijs,
cum omnibus eò spectantibus, attinentijs, et
pertinentijs, usu, fructibus, ac emolumentis, sta:
gnis, piscinis, molendinis, molendinatoribus, a:
gris, campis, et fœnificijs, prouti cuncta in desu:
per conjectis Inventarijs fusiùs habentur, ite:
rum cum Jurisdictione in Subditos ad Quadrien:
nale ut supradictum est spatium, in arendam
possessionem, et usum fructum tradit, adeò ut
nihil pro Thesauro Reginali ex illis reservetur
præter jus Superioritatis Territorialis, et Sylva:
rum, intuitu quarum Illrmus, et Excellmus
Dnus Arendator omnem præcautionem spon:
det, ne ullô modô dictis Sae Reginalis Majesta-
tis reservatîs Regalibûs vel directè, vel indi:
rectè aliquid damni inferatur, aut commodis, et
emolumentis ex ijdis ad Erarium Srmæ Loca-
tricis, purè, et simpliciter pertinentibus, quid-
quàm detrahatur. Stò. Ut verò ratione sylva-
rum nihil in dubium vocari queat, scien-
dum est, quod illæ p. exceptîs Censibûs à Sub-
ditis pro ascia libera, vel facultate lignandi,
tàm avenaticis, quàm pecuniarijs solvendis
ac redditus Capitaneatûs insuper formatô, et
nunc ultimo summariè renovato Inventa-
rio, Liquidatis, ac denuò ad perceptionem Illrmi
et Excellmi

et Excellmi Dñi Tenutarij concessis, et numera-
tis, & cum omnibus ex ijs provenientibus utilita-
tibus, et emolumentis, pro Thesauro Reginali in
totum sint reservatæ, hâc tamen declaratione,
quod prout hucusq sic, et in posterum Illmo,
et Excellmo Domino Tenutario sit concessum,
ut pro commoditate sua ex lignis solummodo ven-
to, vel vetustate fractis exsiccatis, aut jacen-
tibus necessariam ad usum Culinarum perti-
nentem quantitatem, cum prascitu Præfecti
sylvarum Reginalis, gratis sumere, imo illa
sine omni tamen aggravatione Subditorum,
etiam aliquando extra Capitaneatum ad Capi-
taneatum Mosicenq, vel etiam Leopolim eve-
here possit, non minùs, ut in Capitaneatu ipso
ad conservanda ædificia, et scissionem planca-
rum, et tabularum in hunicè finem propriè
necessariarũ, nec minùs ad usum œconomicum
Culinarem, et Braxatorium, aut alios usus do-
mesticos &. sub quibus autem nec granarium
in Sosnica, tanquàm ædificiũ ad Inventarium
Capitaneatûs Prodecensis, secundum assertum
Domini Tenutarij non pertinens, nec naves, vel
earum conservatio comprehenduntur, prævijs
semper notificationibûs ad Præfectum sylvar
directis, ac Schedulîs attestantibûs, et quanti-
tatem specificè monstrantibus per Locũ Com-
missariũ

missarium, aut ejus subordinatos debitè subscriptis
desiderabilem suffitientiam lignorum accipere
debeat, hôc tamen expressè præcustoditô, ut omnia
dicta ligna, non aliter, nec alibi, nisi ad prævia
assignationem dicti Præfecti Sylvarum, aut ejus
subordinatorum secentur, nec in alium, quàm
prænarratum usum vertantur, reliqua verò li-
gna, quæ sub alio prætextu, aut titulo, vel ab
Illrmo, et Excellmo Dño Tenutario, vel ab ejus
Commissarijs, aut subordinatis, prout hucusq; illici-
tè sæpius attentatum fuerat, seu ad Janow, vel ad
Leopolim pro sale permutata, seu aliocunq; do-
nata, assignata, aut clevecta, vel ad combusti-
onem calcis, et laterum, vel intra, vel extra
Capitaneatum distrahtorum gratis, et pro uni-
uscujusq; Libitu, non sine maxima sylvarū
desolatione, et Interesse Reginalis detrimento
sumpta fuerint, in posterum non secùs, nisi se-
cundùm pretium Taxæ, nunc introducta ad cas-
sam Sermæ Locatricis Forestalem semper eman-
tur, et solvantur. Et cùm pro removenda omni
difficultate ratione libertationis Famulorum sylve-
strium, vulgo Leśnicz. aut Jajowych nuncupato-
rum, in ultimaria per Commissionem Reginale
renovata perlustratione Inventarij eo jam atten-
tum, et conventum fuerit, ut illorum præstatio-
nes per omnia ex eo sint emissa, accidere autem

potest

potest, ut tractu temporis ex his unus, alterve dimitti aliusq́ in ejus locum recipi debeat, ut desuper, et inquantum aliqua differentia circa eorum præstationes eveniret, â Præfecto sylvarum cum Commissario Loci conveniatur. Id pariter per omnia prout etiam hoc observandum, et ratum erit, ut codicio Cinerum Clavellatorū, vulgo ſ: Potasche :ſ non ultra facultatem, et quantitatem in primo Contractu, et subsecutis Inventarijs Proventuum pro Agnosura destinatam, scilicet in Quatuor aheris, ad viginti quatuor vasa per annum tantùm extendatur, nec Cineres ex alijs, nisi per se succisis aut violentia venturum subversis arboribus, et plùsquàm abundantibus, relictîs magnîs truncîs comburantur, tenuiori verò, et recenti ligno quantùm possibile parcatur, et hoccè tantùm pro succensione necessaria prævià assignatione Præfecti, vel Custodum sylvarum utatur, nec minùs pro ferrificina in nullo alio, quàm â Præfecto sylvarum assignato locò moderatè, et civiliter secentur

6to. Ne Subditi ultra debita, et conveniendia laboribus, itinerationibus, servitijs, aut præstationibus insvetis, vel alijs angarizationibus aggraventur, quamvis in multis per ultimam Reg. Commissionē jam prospectum, et in nonnullis desuper dispositio, ac admonitio Commissario Loci in

fundo

fundo data, et relicta sit, tamen iterato præcau-
tum, et interdictum esto. Ne Illrmus, et Excellmus
Palatinus quempiam alterum in consortium
hujus Contractûs admittat, nevè Capitaneatus
integratim, vel partitim, exceptis Camponis
molendinis, et stagnis cuipiam alteri subarendet,
denique verò Commissarijs, Administratoribus, et dicno-
mis suis subordinatis seriò, et sub gravissima ani-
madversione imponat, ne prata, agros desertos etc.
etc. extraneis, exceptîs ijs cum quibus ob vicini-
tatem nulla Limitum controversia timenda
foret, subarendet, nec Subditos in posterum con-
tra, aut ultra clarum in Inventarijs præscriptu
obligationum modum, quocunq; sub prætextu
vexent, vel onerent, multominùs in dimensu-
ratione agrorum aliquam injuriam faciant,
cum clausula respondendi pro unoquoq; Sub-
ditorum, si aliquis eorum indebitè aggravatus,
et fugatus fuerit. 7mo. Intuitu Stagnorum, et
Piscinarum, quarum reparationem, conservatione,
purgationem, cani, et fruticetorum possibilem Il-
lustrissimus, et Excellmus Tenutarius in se susci-
pit, promittendo insuper se curaturum est, ut ra-
tione demissionis, expiscationis, adimpletionis, et re-
impositionis stagnorum sufficienti quantitate, et
satu non minoris unius palmæ, nec non occlusionis
omnia secundùm solitam praxim, præprimis verò
secundùm nexum, et Statuta præcedentium Contra-

ctuum

ctuum tractentur, et observentur; Et ne tandem aliquando ratione hujus articuli differentiæ emergant, pro congruo judicatum, et conclusum esto: ut reimpositio propaginis, fatusq́ non minoris palmæ hominis cum occlusione stagnorum, piscinarumq́ in præsentia Præfecti sylvarum Reginal: cui attendentia specialis demandata peragatur. 8vo. Respectu agrorum desertorum, et de illis contribuendorum, aut præstandorum ut omnibus obvietur querelis, statuitur. Ut is, qui tales agros pro utilitate sua inseminaverit, aut ijs aliomodo usufruatur quicunq́ demùm sit, omnia de his ad Communitatem pro ratha præstet, et contribuat. 9no. Preterea Illrmus, et Excellmus Dñus Tenutarius ex onere suæ Possessionis curabit, ut non solum justitia bene, et sine respectu Personæ administretur, sed etiam tributa, sive ad erarium publicum in stipendia militum, sive ad particulare Terrestre ab oppidis provenientia, sive Decimæ Ecclesiarum, aut aliæ præstationes punctualiter persolvantur, de exolutis Quietationes recipiantur, ac demum cessante Contractu hôc obligatorio ad archivum Capitaneatûs exhibeantur et reponantur, stanteq́ hôc Contractu, ut Provisus Regens autorum Castrensium Leopolienq́ prosuscipienq́ et extradendis omnibus expeditionibus, capitaneatum respicientibus debitam satisfactionem

nem

nem accipiat, nec desuper ullam ad Thesaurū Reginalem prætensionem moveat. 10mo. Quantum Inseminationem Prædialem concernit, in continuatione vinculi ex prioribus Contractibus Illrmus, et Excellmus Dnūs Tenutarius obligatur, ut circa finem arendæ, laneos, et agros tantos, et tales, quantos, et quales tempore initi hujus Contractûs inseminati, aut inseminandi inciderant, et quorum specificatio ante messem currentis anni, puta primi arendatorij Commissario Regio pro certioratione, et informatione exhibenda erit grano purissimo hyemali, sub inspectione, et attendentia Juratorum, ac Subdelegati Thesauri Reginalis inseminari, pro insemination æstivali verò frumentum in genere, et quantitatè requisita, ac sufficienti pro usu Sermæ Locatricis, et pro Inventario relinqui, atq; unicuiq; Prædio sub mensurâ determinata tradi per suos subalternos curet, et destinet. 11mo. Licet cuncta mobilia, et se moventia juxta specificationem Inventarij tempore initæ, ac susceptæ administrationis Annô Millesimô, Septingentesimô, Quadragesimô, Octavô constituti, utpote aratra, occæ cum jumentis, equi, vaccæ, boves, oves, aliaq; pecora cum medietate accrescentiarum, apes juxta quantitatem in Inventario determinatam, lebetes, vasa braxatoria cum atrenis, Officina cinerum clavellatorum tàm quàm ferrificina cum Instrumentis eo pertinentibus

nentibus, et alijs hic brevitatis studio specificè non
determinatis, utensilibus in bono, et idoneo statu
tempore expirationis hujus Contractûs, aut in na-
tura, aut in justo æquivalentiq' pretio restitui
debeant. Quia tamen ex Successivis revisionibus pa-
tuit præprimis ratione vaccarum, et aliorum pecо-
rum, quod in Prædijs, et Aurijs pro dominio debi-
tus numerus non conservetur, itaq' his expressè
præcauitur, et ab Illrmo, et Excellmo Tenutario
ex vinculo art. 2di hujus Contractûs promitti-
tur, quod non solum apisteria privata Admini-
stratorum, ubi talia inveniantur penitus è vi-
cinia apisteriorum Dominicalium removeri,
sed etiam sub finem hujus arendæ in omnibus
Aurijs, ac Prædijs Dominicalibus debitus nu-
merus bovium, vaccarum, aliorumq' pecoru,
amotis vetustioribus in involumi, sano nullo
morbo contagioso infecto, ac idoneo statu cum
medietate accrescentiæ ultimi anni arendato-
rij relinqui, nec aliquid huic Articulo contrari-
um admitti debeat. 12mo. Porro inter Partes con-
ventum esto, ut sub finem hujus Contractûs Illmi
et Excellmi Dni Tenutario circa numerationem solitæ
sine præjudicio tamen Successoris cum obedientia
Subditorum, non solum idem spatium ad retrahendu
omnes fructus, et Proventus ex arenda residuos
extra Capitaneatum concessum esse debeat, quod
in illis locis passim concedi solet, sed etiam licu-

erit

erit dimidietatem accrescentia pecorum, præviô
justô moderamine, cunctaq; per vecturas, seu
alias Subditorum operas pro transportatione
ad proximam possessionem, nempe ad Capi-
taneatum Moscicensem Domini arendato-
ris necessarias promovere cum hoc annexo, quod
etiam transhyematio pecorum juxta praxim
et usum Contractuum illis in eis ordinariis
Illrmo Tenutario sit permissa. 13tio. E contra
si circa effluxum Contractûs citra spem, et opi-
nionem Subditi aliquas justas pretensiones ex
capite damni infecti, aut lesionis contra Ad-
taneatum Tyszowiensem in Palatina„
tu et Districtu Belzensi situm competit
et servit, videre, illudq; in personam Gnõsi
Casimiri Ciotek Poniatowski Succamera„
rij Regni, et Apollonie de Ustrzyckie Coju„
gis ejus legitimæ transferre ac transfunde„
re; Quæquidem Cessio in virtute præsentis Con„
sensus facta, post quam coram Actis Authen„
ticis Regni recognita fuerit, Nos eam ra„
tam et gratam, uti eam, qua prævio Con„
sensu Nostro peragetur, habituri sumus.
Vigore cujus Cessionis, Juriq; transfu„
sionis memorati Gnõsi Casimirus Po„
niatowski Succamerarius Regni et Apol„
lonia de Ustrzyckie Conjuges prefatum
Capitaneatum Tyszowiecensem cum Op„
pido Tyszowice, et Villis ex spectantibus
scilicet Perespa, Prewata, Mukulin,
Klatwy, tum cum omnibus prædijs, Curijs.
Ædificijs, Agris, Pratis, Campis, Sylvis.
Hemoribus fluvijs fluminibus, Molen.
Dinis, tabernis, Subditis. eorumq; Ope„

ris

ris, et prestationibus, commodis, censibus
et emolumentis, attinentijsq; ac pertinen„
tijs generatiter universis nullis penitus
exceptis ambo insolidum tenebunt habe„
bunt, et possidebunt, aut uno eorum vi„
ta functo, alter superstes tenebit. habebit.
et possidebit ad extrema vitæ suæ tem„
pora. Promittimus autem pro Nobis
et Serenissimis Successoribus Nostris,
non esse Nos, Serenissimosq; Succesco„
res Nostros supra: fatos Gnōsos Casimi„
rum Poniatowski Succamerarium Re„
gni et Apolloniam de Ustrzyckie Cojuges
ab usu et pacifica possessione dicti Capi„
taneatus Tyszowiensis amoturos, neq;
amovendi potestatem cuipiam dentu„
ros, sed salvum et integrum Jus Advi„
talitium Ipsis in solidum conservatu„
ros, Quod et Serenissimi Successores
Nostri præstabunt. Ratione cujus Advi„
talitatis solitam proventuum Quarta
quotannis ad Thesaurum Regni infer„
re curabunt. Juribus Nostris Regali„
bus, Reipublicæ Ecclesiæq; Romano
Catholicæ salvis. In quorum fidem
præsentes manu Nostra subscriptas,
sigillo

Sigillo Regni communiri jussimus.
Datum Varsaviæ Die XXII. Mensis No-
vembris Anno Domini MDCCLVI Re-
gni vero Nostri Anno XXIII. Consen-
sus ad cedendum de Capitaneatu Tyss-
wiecensi in Palatinatu et Districtu Bel-
zensi sito. Pro eo Adamo Rostkowski
in Personas Prōsorum Casimiri Cicie-
Poniatowski Succamerarij Regni et Apol-
lonid. dellstrzyckie Cojugum datur. Au-
gustus Rex Locus Sigilli Majoris Can-
cellarid Regni. Adalbertus Rakow-
ski Sr. Regiæ Mtis et Sigilli Majoris
Regni Secretarius mp. A tergo vero ejus-
dem Consensus tenor verborum se-
quens est. Cancellariatu Illrmi et Excelmi
Dni Joannis Comitis in Konskie et Bia-
tacrow à Matachowice Matachowski
Supremi Regni Cancellarij Ostrolen-
sis &c Capitanei Sigillatum de omni
et integro Jure suo advitalitio quod
et quale Ipsi vigore Juris et Privile-
gij super predictum Capitaneatum
Tyszowiecensem cum opido Tyszowiec
et Villis eo spectantibus videlicet De-
respa, Przewata, Mukiulin, et Klatwy,
in Palatinatu

in Palatinatu et Districtu Betzensi
situm et jacentem servit, et competit
serviregz et competere potest, iam eunuc
et defacto Gnõsio Casimiro Ciotek Pania„
towski Succamerario Regni et Apollonia
de Ustrzyckie conjugibus vero, puro et ir„
revocabilis Cessionis titulo cessit, absce„
sit, et condescendit, prout presentibus
Literis cum omni Jure et titulo attinen„
tijs et pertinentijs generaliter omnibus
ad altefatum Capitaneatum Tyszowecon„
sem nunc et ab antiquo spectantibus, ce„
dit abscedit, et condescendit, totumq et
integrum Jus suum Advitalitium in
personas spectatorum Gnõsorum Ca„
simiri et Apollonie Doniatowskich Su„
camerariorum Regni Conjugum Cessio„
nariorum suorum plenarie transfert,
transfundit, et derivat, Intromisio„
nem quoq Officiosam realem et actua„
lem per Ministerialem Regni Gnalem
et duos Nobiles quosvis in presentia„
tum Capitaneatum Tyszowecensem cum
attinentijs Ejusdem Cessionarijs suis con„
ferendam dat et defacto admittit, seq
daturum et admissurum submittit et
inscribit.

inscribit. Hac sua personali recognitione ad premissa mediante. In forma alias Cessionis, Juriscq transfusionis plenissima et de Jure perfectissima. Quam Idem Gnosus Recognoscens manu suâ propriâ subscripsit. Adamus Illus Rostkowski mp Quam ejusmodi Cessionem, Juriscq Transfusionem, sic ut premissum factam et recognitam, Nos ratam firmam ac de Jure validam habentes, habericq ab omnibus volentes, eam ad Acta presentia Metrices Regni suscipi, ijsdem inseri et Parti postulanti Authentice extradi permisimus. In quorum fidem &c Actum et Relatio ut supra.

Sub Eodem Actu.

Edit Gnosus Rostkowski Gnosis Soniatowskim de Advocatia Tyszowiecensi. Augustus Tertius &c Significamus &c Quomodo coram Nobis Actisq presentibus Metrices Regni Cancellariæ Nostro Majoris personaliter

personaliter comparens Jnõsus Adamus
Rostkowski Colonellus Cohortis Hastato-
Mẽssii Joannis Clementis Branicki Pala-
tini Cracovid Ducis Supremi Exercitus
Regni, sanus mente et corpore existens,
a Foro, Terris, Districtibus, et Juris dicti-
one sua quavis propria et competenti
recedendo, prasentiverо Nostrã Regiã Ju-
risdictioni se cum Bonis suis generali-
ter omnibus subjiciendo et incorporando
sponte. palam, libere, ac per expressum
recognovit, prasentibusq recognoscit.
Quia Ipse inhaerendo Privilegio con-
cessûs Nostri super infra recognoscen-
da a Nobis gratiosè sibi collato, manu
Nostra Regiâ subscripto, et Sigillô Ma-
joris Cancellariã Regni communito, ad
prasens in suo originali exhibito. cu-
jus tenor sequens est. Augustus Terti-
us Dei Gratia Rex Poloniæ, Magnus
Dux Lithuaniæ, Russiæ, Prussiæ, Ma-
soviæ, Samogitiæ, Kijoviæ, Volhyniæ,
Podoliæ, Podlachiæ, Livoniæ, Smolen-
sciæ, Severiæ, Czerniechoviæq; necnon
Hæreditarius Dux Saxoniæ et Prin-
ceps Elector. Significamus prasenti-

bus

bus Literis Nostris quorum interest uni„
versis et singulis. Consensisse et permi„
sisse Nos, consentireq̃ et permittere his„
ce literis Nostris Gnoso Adamo Rost„
kowski Colonello Cohortis Hastato Mſſu
Joannis Clementis Branicki Palati„
ni Cracovie, Ducis Supremi Exerci„
tus Regni, ut possit et valeat, de om„
ni et integro Jure suo Advitatitio quod
Ipsi super Advocatiam in Oppido Ty„
szowice in Palatinatu et Districtu Bel„
zensi sitam, competit et servit in
Personas Gnōsorum Casimiri Cioteb
Poniatowski Succameraij Regni et
Apollonie de Ustrzyckie Conjugum cede„
re, transferre, ac transfundere; Quam
quidem Cessionem, postquam coram
Actis Authenticis Regni facta et re„
cognita fuerit, Nos eam ratam et gra„
tam, cui eam, quod pravio Consensu No„
stro peragetur, habituri sumus. Vigore
cujus Cessionis, Juriq̃ transfusionis
prefati Gnōsi Casimirus Poniatow„
ski Succamerarius Regni et Apollo„
nia de Ustrzyckie Conjuges dictam Ad„
vocatiam in Oppido Tyszowice, cum om„

nibus

nibus structuris, Aedificijs, hortis, pratis, campis, agris, sylvis, memoribus, fluminibus molendinis, tabernis, subditis, eorumq laboribus, censibus, commodis, et emolumentis, attinentijsq, ac pertinentijs generaliter universis, nunc et ab antiquo ei spectantibus ambo in solidum, tenebunt, habebunt, et possidebunt, vel unô eorum vitâ functô, alter superstes tenebit, habebit et possidebit ad extrema vitæ suæ tempora, Promittimus autem pro Nobis et Serenissimis Successoribus Nostris, non esse Nos Serenissimosq Successores Nostros, prætextu Gnosis Casimirum Poniatowski Succameratium Regni, et Apolloniam de Ulstrzyckie Conjuges ab usu & pacifica possessione Eiusdem Advocatiæ in Opidis Tyszowiec amoturos, neq potestatem amovendi cuipiam daturos, sed salvum Ius advitalitium Ipsis in solidum conservaturos; Quod et Serenissimi Successores Nostri præstabunt. Juribus Nostris Regalibus, Reipublicæ, Ecclesiæq Romanæ Catholicæ salvis manentibus. In quorum fidem præsentes manu Nostra subscriptas

subscriptas, Sigillo Regni communiri man:
davimus. Datum Varsaviæ Die XXII.
Mensis Novembris Anno Domini MDCCLVI.
Regni vero Nostri Anno XXVII. Consensus
ad cedendum de Advocatia in Opido
Tyszowiec in Palatinatu et Districtu Bel=
zensi, vita, Gnōso Adamo Rostkowski in
Personas Gnōsorum Casimiri Ciołek Po=
niatowski Succamerarij Regni & Apol=
lonię de Ustrzyckie Conjugum datur.
Augustus Rex. Locus Sigilli Majoris
Cancellariæ Regni. Adalbertus La=
kowski Sr Regiæ Mttis et Sigilli Ma:
joris Regni Secretarius mp A tergo ve:
ro ejusdem Consensûs tenor verborum
sequens est. Cancellariatu Illustrissi=
mi et Excellmi Dni Joannis Comitis
in Konskie & Białaczow a Matacho=
wie Matachowski Supremi Regni
Cancellarij Ostrołęcensis &c Capitanei
sigillatum: de omni et integro Jure suo
Advitalitio quod et quale Ipsi vigore Ju:
ris et Privilegij super præfatam Advo:
catiam in Oppido Tyszowiec in Pala:
tinatu et Districtu Belzensi vita, ser:
vit, et competit, servireq et competere po:

test

test, jam ex nunc et defacto Gnõsis Casimiro Aolek Poniatowski Succamerario Regni, et Apollonie, de Ilstrzyckie Conjugibus, verõ, puõ, et irrevocabilis Cessionis titulo cessit, abscessit, et condescendit, prout presentibus cum omni Jure et Titulo attinentijsq et pertinentijs generaliter omnibus ad predictam advocatiam in Oppido Tyszowiec sitam, nunc et ab antiquo spectantibus, cedit abscedit et condescendit, totumq et integrum Jus suõ advitalitium in personas supra memoratorum Gnosorum Casimiri et Apollonie Poniatowskich Succamerionum Regni Conjugum Cessionariorum suorum plenarie transfert, transfundit, et derivat, Intromissionemquoq officiosam realem et actualem per Ministerialem Regni Gnalem et Nobiles duos quosvis in altefatam Advocatiam Tyszowiecensem Eisdem Cessionarijs suis conferendam dat et defacto admittit. seq datorum et admissurum submittit et inscribit Hac sua personali recognitione ad premissa mediante. In forma alias Cessionis, Juriisq transfusionis, plenissima et de Jure perfectissima. Quam

Idem

Idem Inōsus Recognoscens manu suâ
propriâ subscripsit Adamus Slus Lost=
kowski mp Quam ejusmodi Cessionem
Juris q Transfusionem vos ratam, firmã
ac de Jure validam, habentes habenq
ab omnibus volentes, eam ad Acta pre=
sentia Metricis Regni suscipi, ysdem
inseri et Parti postulanti Authen=
tice extradi permisimus. In quorum
fidem &c Actum ut supra Relatio
Ejusdem Illmi & Exclmi Supremi
Regni Cancellarij.

Sub Eodem
Actu.
Oblata Privilegij super
Villam Juzno Inōsko
mierowski collati.
Augustus Bttus.

Significamus &c oblatas esse ad
Acta presentia Metricis Regni Can=
cellariæ Nostræ Majoris Literas
Privilegij super Villam Juzno dic=
tam in Palatinatu Inowladisla=
vien sitam, et iacentem Generoso
Josepho Komierowski benigniter
datas

datas, manu Nostrâ subscriptas, et
sigillô Majoris Cancellariæ Regni, Com„
munitas, sanas, salvas, et illæsas, om„
nig prorsus suspitionis notâ caren„
tes, tenoris sequentis. Augustus Ter„
tius Dei Gratia Rex Poloniæ Magnus
Dux Lithuaniæ, Russiæ, Prussiæ Ma„
soviæ, Samogitiæ, Kijoviæ Volhyniæ
Podoliæ, Podlachiæ, Livoniæ, Smo„
lenscieæ, Severiæ, Czerniechoviæq; ne
non Hæreditarius Dux Saxoniæ et
Princeps Elector. Significamus pre„
sentibus Literis Nostris, quorum in„
terest Universis et singulis. Quia Nos
habito respectu meritorum Gnōsi
Josephi Komierowski, eademq; pre„
miare, et distingvere cupientes, fa„
ciendum esse duximus; quatenus Ei„
dem Villam Jucznę nuncupatam
in Palatinatu Juniwladislaviensi
sitam et jacentem, ad præsens post
fata Gnōsi Adami Ostrowski Pa„
latinatuum Majoris Poloniæ Sup„
parÿ vacantem, et ad dispositionem
Nostram Regiam devolutam, benig„
nissime daremus, et conferremus,

uti

uti quidem eandem Villam cum omni„
bus attinentijs, et pertinentijs, Au-
reijs structuris, Agris, campis, pra„
tis pascuis, hortis, Sylvis, memori„
bus, rubetis, Laubus, Stagnis, pisca„
ris, fluvijs, Traiecturis, Molendinis,
tabernis, subditis utriusq3 Sexus ev„
rumq censibus, Laboribus, Datijs, dati„
onibus, vigilijs, nec non universali„
ter Satisfundijs, nullis penitus esce„
ptis, sed ev nunc, ab antiquo spectan„
tibus, provent ibus, redditibus, usibus
fructibus, et emolumentis damus et
conferimus, presentibus Literis
Nostris, tenendam, habendam, et
possidendam, ad extrema vitæ Eius
tempore. Promittimusq3 pro Nobis
et Serenissimis Successoribus Nostris
non esse Nos abusu et pacifica pos„
sessione dicta Villæ Ducum ejusdemq3
attinentiarum memoratum Gnosum
Josephum Komierowski Donata„
rium Nostrum amoturos et alie„
naturos, nec a movendi et alienan„
di potestatem cuipiam daturos
sed salvum et integrum Jus Advo„

talitium

talitium Ipsi conservaturos. Quod et Sermi Successores Nostri prestabunt. Ratione cujus Advitalitatis Solitam proventuum Quar„ tam quotannis statutô tempore ad Thesau„ rum Regni inferre tenebitur Juribus Nostris Regalibus, Reipublicæ, Eccles„ q; Catholicæ salvis manentibus. In quorum fidem presentes manu Nostra subscriptas, Sigillô Regni communiri jussimus. Datum Varsaviæ Die XXII Mensis Novembris Anno Dñi MDCCLVI Regni vero Nostri XXIV anno. Villa Tu„ czno post Fata Gnôsi Adami Ostrowski Palatinatuum Majoris Poloniæ Juppa„ rij in Personam Gnôsi Josephi Kurne„ rowski confertur. Augustus Rex. Lo„ cus Sigilli Majoris Cancellariæ Re„ gni. A. Rakowski Sta Rs Mtis. I M Rsmp A tergo vero ejusdem Privilegij verbo„ rum tenor sequens est. Cancellariatu Illustrissimi Excellmi Dñi Joannis Co„ mitis in Konskie et Biatacznow, a Mata„ chowice Matachowski Ostrogen Buczno„ wien &c Capitanei, Sigillatum. Quas ejus„ modi Literas Privilegij, sicut premissum ablatas Nos ad Acta presentia Metrica

Regni

Regni suscipi, ijsdem inseri, et Partipo„
sulanti informa Authentica extradi,
originale eorsus restitui, permisimus.
In quorum fidem &c Actum et Rela„
tio ut supra.

Sub Eodem Actu.

Constituit Plenipotentes Mſeos
Supremus Regni Cancella„
rius suo et Mſeo Consortis
sui Nomine.

Nos Augustus Tertius &c
Significamus &c Quomodo Coram No„
bis Actisq; præsentibus Metricem Regni
Cancellariæ Nostræ Majoris personæ„
liter comparens Mſeus Joannes Comes
in Konskie et Białaczow a Matacho„
wice Matachowski Supremus Regni
Cancellarius, Ostrogen, et Buczacz„
cien, Capitaneus, suũ et Mſeæ Isa„
bellæ de Humieckie Consortis sui lege„
timæ nomine, sanus mente et corpo„
re existens, a Foro Ferijs, Districti„
bus, et Jurisdictione sua quavis pro„
pria et competenti recedendo, præsenti

vero

vero Nostra Regia Jurisdictioni se cum
Bonis suis generaliter omnibus subjicien„
do et incorporando sponte, palam libere ac
per expressum recognovit, presentibusq re„
cognovcit. Quin Ipse ad attentandum
actum Condescensionis in Bonis Exe„
mierniki et Markuszow ex mente Decre„
ti Tribunalitij Regni Lublinen Feriâ
secundâ in Crastino Festi Sm̃æ et Indi„
vidue Trinitatis Annô presenti Mille„
simô Septingentesimô Quinquagesimô
sextô inter relictas et Successores olim
Nm̃orum Humieckich ac se recognoscen„
tem et supradictam Nm̃am Consortem
suam ab una, et Successores Firlejs„
vianos ac Noskowianos parte ab altera
prolati, agitanda in suos et ejusdem
Nm̃æ Consortis suæ veros et legitimos
ac speciales Plenipotentes Gn̄os Igna„
tium Trepka Vicegerentem Chenciner„
sem, Valentinum Faygiel Regentem
Castren Sandecen, Josephum Libi„
zowski Bocillatoridam Radomien„ste„
phanum Horoch, eligit, inscribit, ordinat,
et specialiter constituit: Dans et conce„
dens Idem Nm̃us Recognoscens meme„

ratis

ratis specialibus Plenipotentibus suis
conjunctim, sive cuiq eorum divisim, ple„
nariam, absolutamq potestatem conde„
scensionem eandem tam ex vi supra scri„
pti Decreti, quam ex vi subsequendarum
Limitationum agitandam, tum Juramenta,
omnesq et singulas solennitates attentan„
di, Causasq ex Jntereſſe sui Regno „
scentis ac ejusdem Magnifica Consortis
proponendi, promovendi, defendendi,
a contrarijs provocandi, Jureq tuen„
di, cteraq munia omnia, veros, legiti„
mos, et speciales Plenipotentes de Ju„
re concernentia rite obeundi, et exequen„
di, Promittens et inscribens se Idem
Mſtās Reegnoscens cum supra me„
morata Mſta Consorte sua id totum,
quidquid per predictos Plenipotentes
suos divisim sive conjunctim Actum
constitutumq fuerit, pro rato et gra„
to suscepturum, nullo modô premiſ„
sis contradicturum, Hac sua persona„
li recognitione ad premissa mediante
informa alias Plenipotentiæ pleniſ„
sima et de Jure perfectiſsima. Quam
Idem Mſtās Reegnoscens manu sua

propria

proprià subscripsit. Joannes Malachow„
ski I R P Cancrs Quam ejusmodi Ple„
nipotentiam sic ut premissum factam
et recognitam, Nos ratam firmam ac de
Jure validam habentes habericq ab om„
nibus volentes eam ad Acta Præsentia
Metrices Regni suscipi, ijsdem inseri
et parti postulantì authentice extradi
permisimus, In quorum fidem &c Actum
et Relatio ut supra.

Actum Varsa„
vix Feriâ Sexta
in crastino Fe„
sti S. Cathariná
Virginis et Mar„
tiris Die scilicet
Vigesima Sexta
Mensis Novem„
bris Annô Domi„
ni Millesimô
Septingentesimô
Quinquagesimô
Sextô.

Roborant Scriptum Jmôsi
Poniatowscy Conjuges

Succamerary

Succamerarij Regni.

Augustus Tertius &c

Significamus & Quomodo Coram Nobis
bis Actisq præsentibus Metrices Regni
Cancellaria Nostra Majoris personali-
ter comparentes Generosi Casimirus Cie-
lek Poniatowski Succamerarius Regni
et Apolonia de Ustrzyckie Poniatowska
Conjuges legitimi sani mentibus et Corpo-
ribus existentes, a Foro, Terris, Distri-
ctibus et Jurisdictionibus suis qui-
buscuris propriis et competentibus rece-
dendo præsenti vero Nostræ Regiæ Ju-
risdictioni se cum Bonis suis genera-
liter omnibus subjiciendo et incorpo-
rando sponte, palam, liberè, ac per
expressum recognoverunt, præsen-
tibusq recognoscunt, Quia Ipsi
scriptum certum hic Varsaviæ Die
vigesimâ Quartâ Mensis et Anni
præsentium hodierno in Actu con-
tentorum, in rem et Personam Ge-
nerosi Adami Rostkowski Colonelli
Cohortis Hastatæ Nepotis Joannis Cle-
mentis Branicki Palatini Cracovi-
Supremi Ducis Exercitus Regni, per

se Recognoscentes

se recognoscentes, ratione in eodem Scri„
pto expressorum, confectum, manibus eo„
rundem Recognoscentium propriis subscri„
ptum et Sigillis Gentilitijs in cera rubra
hispanica expressis, communitum, Vadi„
ęq Sexaginta Millium Florenorum Polo„
nicalium vallatum, in omnibus pun„
ctis clausulis, articulis, nexibus et lega„
mentis ejusdem scripti, roborant, confir„
mant, approbant, et ratificant; eidem q
scripto praesentibus roborato, tam in toto
quam in quavis minima parte, stare et
satisfacere se suis cum successoribus, in
et super Bonis suis generaliter omnibus
inscribunt, submittunt ac obligant, Ide q
sub Vadio supra scripto Sexaginta Mil„
lium Florenorum Polonicalium in Ca„
su predicto scripto contraventionis,
et in aliquo puncto non satisfactionis
irremissibiliter succumbendo. Pro quo
quidem Vadio taliter succubito Citati
supra nominati Gnēvi Casimirius et A„
polonia Poniatowscy Succamerarj Re„
gni Conjuges ad Forum competens, tene„
buntur, suis cum Successoribus perem„
ptorie stare, Juri parere, et omne ju„

Dicatum

judicatum pati, nihilominus Eidem scripto satisfacere. Hac sua personali recognitione ad premissa mediante, in forma alias Roborationis scripti plenissima, et de Jure perfectissima. Quam Idem Gnōsi Recognoscentes manibus suis propriis subscripserunt. Casimirus Ponia„towski S.R. Apolonia Poniatowska. Quam ejusmodi Roborationem sic ut premissum factam et recognitam, Nos ratam, firmam, ac de Jure validam habentes haberiq ab omnibus volen„tes, eam ad Acta presentia Metrices Regni suscipi, ijsdem inseri et Parti postulanti Authentice extradi permi„simus. In quorum fidem &c Actum et Relatio ut supra.

Actum Varsa„vie Feriâ Tertiâ in Vigilia Festi Immaculat& Con„ceptionis Bmæ Virginis Mariæ Die scilicet Septi„mâ Mensis De„cembris

Decembris Annô 78
Dominî Mille„
simô Septingen„
tesimô Quinqua„
gesimô Sextô.

Oblata Privilegij super scul„
tetiam in Villa Piniazko„
wice Gô Stephano Komar
Collati.

Augustus Tertius &c
Significamus &c Oblatas esse ad Acta„
presentia Metricas Regni Cancellaria No„
stra Majoris Literas Privilegij, super scul„
tetiam, seu certos Laneos in Villa Pinia„
zkowice sitt, Gnõso Stephano Komar be„
nigniter collatas, manu Nostra subscri„
ptas, & Sigillô Majoris Cancellaria Regni
communitas, sanas, salvas, et illesas, om
nig suspitionis notâ carentes, tenoris se„
quentis. Augustus Tertius Dei gratia
Rex Poloniæ, Magnus Dux Lithuaniæ
Russiæ, Prussiæ, Mazoviæ, Samogitiæ
Kijoviæ, Volhyniæ, Podoliæ Podlachiæ,
Livoniæ, Smolenscieq, Severiæ, Cer„
nichoviæq, nec non Hereditarius Dux
Saxoniæ, et Princeps Elector. Signi„
ficamus

Significamus praesentibus Literis Nostris
quorum interest universis et singulis. Quia
Nos habitâ respectu meritorum Gnōsi Ste
phani Komar, faciendum esse duximus, ut
Eidem Scultetiam in Villa Pieniazkowice in
Palatinatu Cracoviensi, Capitaneatu Neosto„
riensi sitam, post fata Gnōsi Josephi
Waligurski vacantem, et ad dispositionem
Nostram Regiam devolutam, daremus
et conferremus, uti quidem praesentibus
Literis Nostris damus et conferimus.
Quam quidem Scultetiam seu certos
Lanevs in praedicta Villa Pieniazkowi„
ce sitt' cum praediis, aedificijs, agris, pra„
tis, campis, sylvis, Hemoribus, pascuis,
stagnis, piscinis, fluvijs, fluminibus,
lacubus, molendinis, tabernis, braxa„
tarijs, subditis, eorumq laboribus, cen„
sibus, dationibus, emolumentis, utilitatibusq commodis
et emolumentis, attinentijs et pertineti„
is eò antiquitus spectantibus, nullis pe„
nitus exceptis, sed ita late, longè circumfe„
rentialiterq, prout ab antiquis et immedi„
atis Donatarijs Nostris possidebatur, pra„
fatus Gnōsus Stephanus Komar tenebit,
habebit, et possidebit, ad extrema vita
sua

sud tempora; Promittimus autem pro No=
bis et Serenissimis Successoribus Nostris, non
esse Nos Serenissimosq Successores
Nostros, ab usu et pacifica possessione
dicte scultetie, in Villa Pieniązkowice
prefatum Generosum Stephanum Ko=
mar, amoturos, neq amovendi potesta=
tem cuipiam daturos, sed salvum et
integrum Jus Advitalitium Eidem con=
servaturos. Quod & Serenissimi
Successores Nostri prestabunt. Juri=
bus Nostris Regalibus, Reipublicæ,
Ecclesiisq Rom. Catholicæ salvis ma=
nentibus. In quorum fidem presentes
manu Nostrâ subscriptas, Sigillo Re=
gni communiri jussimus. Datum Varsa=
viæ Die VI. Mensis Aprilis Anno Domini
M DCC LVI. Regni vero Nostris XXIV.
Anno. Scultetia seu certi lanei in Vil=
la Pieniązkowice in Palatinatu Cra=
viensi Capitaneatu Noworiensi situ,
post Gnõsi Josephi Waligorski vacans
Gnõso Stephano Komar confertur Au=
gustus Rex. Locus Sigilli Majoris
Cancellariæ Regni, Adalbertus Rakow=
ski Pocillator Terræ Viznensis

Sigilli

Sigilli Majoris Regni Secretarius mp
Atergo vero earundem Literarum verba
sunt hæc Cancellariatu Illustrissimi et
Excellentissimi Dñi Joannis Comitis in
Konskie & Białaczow a Małachowi-
ce Małachowski Supremi Regni
Cancellarij Ostrzeen Buzniwien &c.
Capitanei Sigillatum. Quarejusmodi Li-
teras Privilegij sic ut præmissum obla-
tas Nos ad Acta præsentia Me-
triues Regni suscipi, ijsdem inse-
ri et Parti Postulanti Authenticè ex-
tradi, Originale rursus offerenti re-
stitui permisimus. In quorum fi-
dem &c Actum et Relatio ut supra.

Sub Eodem
Actu.
Oblata Privilegij Juris
Caduci substantia post
olim Jñum Georgium Mau-
ricium Logofata relicto Jñio
Wolanski Collati.
Augustus Rex. &c
Significamus &c oblatas esse ad Acta
præsentia Metrices Regni Cancellariæ
Nostræ

Nostra Majoris Literas Juris Caduci su„
per summas quasvis pecuniarias, praeser„
tim in Opido Borszczow in Palatinatu
Podolie, sito, hærentes, post fata Gnõsi
Georgij Mauricij Logofeta ad Fiscum
devolutas, Gnõso Joanni Wolanski
Ensifero Kijovie Datas Manu Nostra
subscriptas et sigillo Majoris Can„
cellarie Regni communitas, sanas,
salvas, et illæsas, omnig suspitio=
nis nota carentes, tenoris sequentis.
Augustus Tertius Dei Gratia Rex Po„
lonie, Magnus Dux Lithuanie, Rus„
sie, Prussie, Masovie, Samogitie,
Kijovie, Volhynie, Podolie, Podla„
chie, Livonie Smolenscie, Severie,
Czerniechoviæq nec non Hæreditari„
us Dux Saxonie, et Princeps Elector.
Significamus præsentibus Lite„
ris „ quorum interest Universis et sin„
gulis. Quia Nos habitâ respectu me„
titorum Gnevsi Joannis Wolanski
Ensiferi Kijovie, Nobis et Reipu„
blicæ præstitorum, faciendum ef„
se duximus, ut Eidem summas quas„
vis pecuniarias, quocunq; titulo apud

quasvis

quasvis Personas, ubivis locorum, præcipue
super Bonis Opidi Barszczow in Palatinatu
Podoliæ siti, hærentes, post mortem olim
Gnōsi Georgij Maurocij Logofeta Indige-
næ Regni, in caput olim Gnōsæ Cathari-
næ Maurocranskæ, ultimō votō Tarnow-
skæ Filiæ Ejus devolutas, ac in eadem Ca-
pite terminatas, intervenientēq; supra-
tæ Gnōsæ Catharinæ Maurocranskæ ulti-
mō votō Tarnowskæ sterili inprole ejus de-
cessu, et eapropter nullo extante ad Octa-
vam usq; gradum legitimo Successore, ad
fiscum et dispositionem Nostram Regiam
Jure caduco devolutas, damus et confer-
rimus, uti quidem Jure Eodem perpetuo
et irrevocabili damus et conferimus pre-
sentibus Literis Nostris ita ut summus
easdem Jure adeat, et vindicet, ac in suos
suorumq; Successorum quosvis beneplaci-
tos usus, easdem convertat, perpetuo et
in eorum. Quod omnibus quorum interest
notum esse volentes, mandamus, ut ad re-
quisitionem præfati Donatarij Nostri sum-
mas suprascriptas omnes Gnōso Joan-
ni Wolanski Ensifero Kijovien., sine qui-
buscunq; Dilationibus et diffugijs extradant,

et realiter

et realiter enumerent, sedulò curent, ut hisce
summis quamprimum potiatur. Pro Gratia
Nostra. In quorum fidem praesentes manus-
stra subscriptas Sigillo Regni communiri jus-
simus. Datum Varsaviæ, Die VI Mensis Xbris
Anno Domini MDCCLVI Regni vero Nostri XXV.
anno, Jus Caduum super summas quasvis
pecuniarias quovcung Titulo, ubivis haerentes
post fata olim Georgij Maurocij Logofeta, ad
Fiscum devolutas Generosi Joanni Wolanski
Ensifero Kijoviæ datur Augustus Rex Locus
Sigilli Majoris Cancellariæ Regni. Adalber-
tus Rakowski Pocillator Terræ Viznensis, Si-
gilli Majoris Regni Secretarius mp Atergo
vero earundem Literarum verba sunt hæc.
Cancellariatu Illustrissimi et Excellmi Dni Jo-
annis Comitis in Konskie et Białozow a Ma-
tachowice Malachowski Supremi Regni Cancel-
larij Ostrołęcen. et Buznivien. Capitanei Si-
gillatum Quas ejusmodi Literas Juris Caduci
sic ut præmissum oblatas Nos ad Acta
provenia Metrices Regni suscipi ijs-
dem, inseri et Parti postulanti Authen-
tice extradi, Originale rursus offerendi
restitui permisimus. In quorum fi-
dem &c Actum ut supra Relatio Ejus-
dem Illustrissimi et Excellentissimi Do-
mini Supremi Regni Cancellarij.

Sub

Sub Eodem
Actu
Oblata Privilegij Juris Co:
municativi super Advoca:
tiam Niemierzynska dicta
Generosa Anna Bardzinska
servien.
Augustus Tertius &c.

Significamus &c. oblatum esse ad
Acta praesentia Metrices Regni Cancel=
lariæ Nostræ Majoris Privilegium Juris
Communicativi Generosæ Annæ Bardzin:
skæ Gnosi Antonij Brochocki Consorti su
per Advocatiam Niemierzynska vo=
citatam, in Villa Wielka-Wies dicta
ad Curitatem Nostram Petricoviensem
pertinenti, situm, à Nobis Varsaviæ
Die Quinta Mensis Decembris, An=
no Domini Millesimô Septin=
gentesimô Quinquagesimô Secun=
dô benigniter concessum. Jam
alias coram Actis Castrensibus
Lanciciensibus in Anno Millesi=
mô Septingentesimô Quinqua=
gesimô Quarto, coram verô Petri=
coviensibus Anno praesenti Millesimô
Septingentesimô Quinquagesimô.

Sexto

Sexta oblatum, Manu Nostra sub=
scriptum, & Sigillo Minoris Cancella=
rie Regni communitum, sanum
salvum et illesum, omnig vuspitio=
nis notâ carens, tenoris sequentis
Augustus Tertius Dei Gratia Rex
Polonie, Magnus Dux Lithuanie,
Russie, Prussie, Masovie, Samo=
gitie, Kijovie, Volhynie Podolie
Podlachie, Livonie, Smolenscie,
Severie, Czerniechovieg nec non
Hereditarius Dux Saxonie &
Princeps Elector. Significamus pra=
sentibus Literis Nostris quorum in=
terest Universis et singulis, quia
Nos habitâ respectu Meritorum
Generosi Antonij Brochocki, Nobis et
Reipublice prestitorum faciendum
esse duximus, ut Jus Advitalitium
quod Ipsi super Advocatiam Nie=
mierzynska nuncupatam, in Villa
Wielka Wieś dicta, ad Civitatem No=
stram Petricovienvem pertinenti, si=
tam, servit et competit, Generosa
que Anne Bardzinska Consorti
Ejus legitime dare et communicare
dignaremur. Prout quidem damus
et communicamus, presentibus
Literis

Literis Nostris. Vigore quarum Literarum Nostrarum. prænominati Generosi Antonius et Anna Brochocii Conjuges prædictam Advocatiam Niemierzynska dictam, cum omnibus campis, agris, pratis, hortis, structuris, edificijs, colonis, hortulanis, Inquilinis, Sylvis, nemoribus, pomarijs, piscinis, laeubus, stagnis, fluvijs, fluminibus molendinis, tabernis, subditis, eorumq laboribus, censibus, dativnibus, usibus, fructibus, commodis, et emolumentis, cæterisq atlinentys, et pertinentys, Antiquitus, et recenter ad prefatam Advocatiam, spectantibus, generaliter omnibus: nullis penitus exceptis et reservatis: ambo in solidum tenebunt, habebunt, et possidebunt, ad extrema vitæ sue Quisque Eorum tempora. Promittimus autem pro Nobis et Sermis Successoribus Nris, non esse Nos Serenissimusq Successores Nros, memoratos Generos Antonium et Annam Brochockie Conjuges ab usu, et pacifica Possessione præscripsita, Advocatia, amoturos, aut alienaturos, neq amovendi aut alienandi, cuipiam potestatem daturos, sed ijsdem salvum et integrum Jus Advitalitium conservaturos

conservaturos, quod et Sermi Successores
Nostri prestabunt. Ratione cujus Advita„
litatis solitam proventuum, Quartam Par„
tem ad Thesaurum Regni quotannis stato
tempore inferre tenebuntur. Juribus Nostris
Regalibus Reipublicæ Ecclesiæq Romano
Catholicæ salvis manentibus. In quorum
fidem presentes Manu Nostra subscri=
ptas Sigillo Regni communiri jussimus
Datum Varsaviæ, Die V Mensis Decembrj
Anno Domini MDCCLII Regni vero No„
stri XX Anno. Jus Communicativum
Gnæ Annæ Barczynska Gnæi Anto„
nij Brochocki Conserti super Advocatiam
Niemierzynska vocitatam, in Villa Wiel„
ka Wies dicta, ad Civitatem Petricovien
spectan, sitam, Augustus Rex, Locus
Sigilli Minoris Cancellariæ Regni. Joan„
nes Ktowski Canonicus Cathedralis Pre„
mislien Sae Rae Mtis Sigilli Regni Se„
cretarius, mp. Atergo vero ejusdem Privi„
legij Juris Communicativi verba sunt te„
noris sequentis, Pro Cancellariatu Illmi
Exellmi et Rndmi Domini Michaelis Co„
mitis de Granow Wodzicki. Decani Cathe
dralis Cracovien Abbatis Commendatarij Cervenen
et Claræ

et Pars Tumba Pro Cancellarij Regni Si„
gillatum. Quod ejusmodi Privilegium sic
ut premissum oblatum, Nos ad Acta proven„
tia Metrices Regni suscipi, ijsdem inve=
ri, et Parti postulanti authentice extradi,
Originale rursus Offerenti restitui permi„
simus. In quorum fidem &c Actum et
Relatio ut supra.

Actum Varsa„
vie Sabbatho
post Festum
Immaculate
Conceptionis
Beatissimæ
Virginis Mari„
æ proximo die
scilicet Undeci„
mâ Mensis De„
cembris Annó
Domini Millesi„
mô Septingente„
simô Quinqua=
gesimô Sextô.

Edit de Successione Gnõsi
Blasij Krasinski Capitanei
Trasnicen

Prasnicen S. Antonius Potocki 84
Palatinides Volhyniæ Mſiw
Supremi Rñi Cancellario.
Augustus Tertius &c.
Significamus & Quomodo coram Nobis
Actisq præsentibus Metricis Regni Cancel=
lariæ Nostræ Majoris personaliter com=
parens Gnōsus Antonius Potocki Palatinides
Volhyniæ, olim Mſci Michaelis Potocki Palatini
Volhyniæ, cum Mſtia Mariana Oginska ma=
trimonialiter procreatus Filiis, olim vero
Illñium et Mſtorum Felicis Potocki Castellani
Cracovien, Supremi Exercituum Regni Ducis,
et Cristinæ Lubomirska Conjugum Nepos, jam
autem Mſtorum Georgij Lubomirski Supremi
Mareschalli Regni et Exercituum Cam=
pi Ducis, ac Constantiæ de Ligezy iti=
dem Conjugum Pronepos demum Mſtorū
Nicolai Ligeza Castellani Sandomirien,
et Sophiæ Krasinska, olim Mſci Stanislai
Krasinski Palatini Plocen Filiæ legiti=
morum Conjugum Abnepos, sanus men=
te et Corpore existens, a Foro Terris Di=
strictibus, & Jurisdictione sua qua
vis propria et competenti recedendo
præsenti vero Hæ Regiæ Jurisdictio=
ni

se cum Bonis suis generaliter omnibus
subjiciendo et incorporando sponte pala-
libere ac per expressum recognovit præsen-
tibusq; recognovit: Quia Ipse Jus suum
proprium, & alia Jura quæsita ad infra scri-
pta habens et quidem primum, a Nsta Anto-
nina de Potockie, olim Nsti Severini Lze-
wuski Palatini Volhyniæ Consorte, reli-
cta Vidua, Feriâ Tertiâ post Festum
SS. Trium Regum proximâ, alterum
à Nsta Catharina dē Potockie Nsti
Stanislai Kossakowski Castellani Kami-
nensis Consorte legitima, in personali
assistentia Gnōsi Mariani Potocki
Capitanei Grabovcen. Fratris sui ger-
mani Feriâ Sextâ ante Festum Ste
Prischæ Vgis et Martiris proxima, Ter-
tium, a Gnōsa Pelagia itidem de Potoc-
kie, Gnōsi Josephi Potocki Capitanei
Szczerzecensis Consorte, itidem in perso-
nali assistentia supra dicti Generosi
Mariani Potocki Capitanei Grabove-
cen, Fratris sui Germani, Feria Ter-
tia, ipso Die Festi SS Fabiani & Se-
bestiani Martirum Anno præsenti
Millesimō Septingentesimō Quinqua-
gesimō

gesimo Sexto. coram Actis Castren. Leop⁹
liensibus. Quartum. à Mſco Francisco Sale⁹
sio Potocki, Palatino Volhyniæ, Betren. et
Rubieszowien. Capitaneo Feriâ Secundâ in
Crastino Festi Conversionis Sancti Pauli
Apostoli in Castro Betren. Quintum
à Gnōso Eustachio Potocki Pincerna Re⁹
gni Urzędowiensi, et Ilzmaen. Capitaneo
Feriâ Sextâ post Dominicam Miseri⁹
dia in Castro Iłżbovliensi Sextum à
Gnōsa Cristina de Potockis olim Mſci
Michaelis Potocki, Palatini Volhyniæ
Filia, Gnōsi vero Thomæ Tyrlej Konar⁹
ski Castellanida Biecensis Consorte legi=
tima, in personali Ejusdem Gnōsi Mariti
sui Tutoris Conjugalis Assistentia, Feriâ
Sextâ post Dominicam Cantate proxima
in Castro Lublinensi, Septimum à Su⁹
prascripto Mſco Francisco Salesio Potocki
Palatino Volhyniæ uti et tanquam Gnōsor
Petri, tum Theresiæ, Annæ, Mariannæ
et Pelagiæ, Potockich, Virginum Innu⁹
ptarum olim Mſci Michaelis Potocki
Palatini Volhyniæ, cum Mſca Marcian⁹
na Oginska, metrimonialiter procrea=
torum Filij et Filiarum, moderni re=

cognoscentis

cognoscentis Fratris et Sororum, inter
se germanorum Tutore, coram Actis
Metricis Regni Cancellaria Nostro Ma,
joris, Varsaviæ Sabbathô in Crastino
Festi Sanctæ Hedvigis Viduæ Recto
Die videlicet Decimâ Sextâ, Mensis Octo„
bris, Annô ad præsens currenti, Mille„
simô Septingentesimô Quinquagesi„
mô Sextô, in Personam sui Renogno=
scentis, intuitu Portionum Successionis,
post olim Gnõsum Blasium Krasin„
ski Capitaneum Prasnicen. sterititer
vitâ functum, in se Renognoscentem
ac prædemoratos sui Juris Tutores
erga alios Consuccessores de stirpe su„
pra scriptorum Nõrum Nicolai Li„
gëza et Sophiæ Krasinska proceden„
tes, devolutarum recognita, Vigore
eorundem Jurium sõrum quæsitorum
et sui Juris proprij ad eundem Suc„
cessionem Krasinscianam habitorum
De omni Successione post sterilem de„
cessum memorati Gnõsi Blasij Kra„
sinski Capitanei Prasnicensis modo
quo supra devoluta cum omni Ju„
re proprietate, et dominio, nihil sibi
suisq;

suisq; Successoribus Iuris dominij et pro„
prietatis reservando, ac excipiendo, verum
totaliter ac plenarie prout premissa Suc„
cessio moderno recognoscenti, Eiusq; Iuris„
datoribus legitime serviebat, iam exnunc
et defacto Mfco Ioanni Comiti in Kon„
skie et Biatacrow a Matachowice Ma„
tachowski Supremo Regni Cancellario
Ostrolucen et Bucznivien Capitaneo
olim Mfcorum Anna de Lubomier=
skie, primo Wielopolska secundo vero
voto olim Mfci Stanislai Matachowski
Palatini Posnaniensis Consortis legiti=
mo, in secundo matrimonij thoro pro„
creato Filio, olim autem Gnōsi Alexan„
dri Lubomirski, Capitanei Sandecensis
Nepoti, et olim Mfcorum Georgij Lubo„
mirski, Supremi Regni Marschalci et
Constantiæ, de Ligezy Conjugum Prone=
poti, jam autem Mfcorum Nicolai Lige=
za Castellani Sandomiriensis, et Sophiæ
de Kravinskie itidem Conjugum Abne„
poti; substantiq; quoq; Universalis
Kravinsciana erga alios Consucceso„
res Consuccessori, Ipsiusq; Succes„
ribus cedit et condescendit, omneq; Ius
suum

suum totum et integrum ad Successionem
sepefati Gnōsi Blasij Krasinski Capi„
tanei Pravnicensis ex Capite memorato„
rum Mstōrum Nicolai Ligęza et Sophiæ
Krasinska Conjugum habitum devolu„
tam, in Personam Ejusdem Mstri Su„
premi Regni Cancellarij, Illiusq Suc„
cessorum ob prestitam sibi in premis-
sis plenariam satisfactionem, trans„
fert, tranfundit, transmittit et inves„
porat, plenarie et ex integro. Evictio„
nem sufficientem ex re et Persona sui
suorumq Successorum, tum et supra.
Dictorum Jurisdatorum suorum, Eidem
Mstō Supremo Regni Cancellario co„
vet, ac pro ea se super Bonis suis ge„
neraliter omnibus presentibus inveni„
bil, Hac sua personali recognitione
ad premissa mediante. In forma ali„
as Cessionis plenissima et de Jure per„
fectissima. Quam Idem Gnōsus Re„
cognoscens manu propria subscripsit.
Antoni Potocki mp Quam ejus modi
Cessionem, sic ut premissum factam
et recognitam, Nos ratam firmam
ac de Jure validam habentes ha=

<u>berig ab</u>

haberiq ab omnibus volentes, eam ad Acta prasentia Metrices Regni suscipi, ijsdem inseri, et Parti postulanti authentice extradi permisimus. In quorum fidem &c
Actum ut supra. Relatio Illrmi Excellmi et Rmi Dñi Michaelis Comitis de Gra-now Wodzicki decani Cathedralis Craw-vien, Abbatis Commendatarij Czervenen et Clarae Dumbae Prolancellarij Regni.

Actum Varsaviae Feriâ Tertiâ post Festum Immaculatae Conceptionis Bmae Virginis Mariae proximâ die scilicet Decimâ Quartâ Mensis Decembris Anno Domini Mil-lesimô Septingentesimô Quinquagesimô Sextô

Abrenunciat Bonis Paternis et Maternis tum Successivis Rlgsa et Devoluta Constantia

Constantia Okęcka Ordinis
Carmelitarum Discalciata
rum Conventûs Varsavien.

Augustus Tertius &c

Significamus &c Quod cum ad hu„
millimam Supplicationem, Devocato
Virginis in Saculo Constantiæ, in Religione
vero Ursulæ Corneliæ Okęcka Monialis Or„
dinis Carmelitarum Discalceatarum Conven„
tûs Varsavien., Acta Publica adire non
valentis, apud Nos factam, Speciali Re„
scriptô Nrô ex Cancellaria Majori Regni
Die XI Mensis et Anni nunc currentis
extraditô Generosum Ignatium Ludovi„
cum Nowicki Metricæ Regni Cancella„
riæ Nostræ Majoris Præfectum, et Se„
cretarium Nostrum, pro recipienda
ab Ipsa infrascripta Abrenuntiati=
onis Inscriptione, deputassemus, et
ut cum Actis Metricæ Regni Ipsam
adiret, permisissemus. Is Idem Gene„
rosus Deputatus Secretarius Noster
functus Officiô suô, palam publicèq
retulit. Qualiter coram Eodemq Depu„
tato Secretario Nostro. Actisq præsen„
tibus Metricæ Regni Cancellariæ No„

stræ

Nostra Majoris Dei hodierna in Actu
contenta comparens personaliter ad
Crates Vestibuli Monasterij sui Eadem
Religiosa ac Devdicata Virgo Constan„
tia in seculo, in Religione vero ad pre„
sens Ursula Cornelia Okęcka, Monialis
Ordinis Carmelitarum Discalceatarum
Monasterij Varsavien., Gnesi olim Ja„
cobi Okęcki Dapiferi Varsavien., cum
Gnēsa Catharina de Grzybowskie Conser„
te sua, ad presens relicta Vidua, Matri„
monialiter procreata Filia, in Assisten„
tia sua Superioritatis infra expressa
agens, sana Mente et corpore existens,
a Foro, Terris, Districtibus et Jurisdi„
ctione sua quavis propria, et compe-
tenti recedendo, huic autem Jurisdicti„
oni Nostra Regia, quo ad infrascripta
scenda attinet sese subjiciendo, et incor„
porando sponte palam libere, ac per
expressum recognovit, presentibusq; re„
cognoscit. Quia Ipsa Bonis Paternis
et Maternis generaliter omnibus, et is
specie singulis, tam immobilibus, he„
reditarijs, Terrestribus, obligatorijs ac
alijs quibusvis, quocunq; nominè vo„

citatis

citatis ubivis bonorum vitis, et jacentibus
quam mobilibus universis, ac summis
quibuscumq pecuniarijs, ubicunq existen„
tibus, totalig et integra Successioni, se
Recognoscentem Jure naturali concer=
nen, nec non de quibuscumq Successio ni„
bus post quascunq Personas in se Re„
cognoscentem devolutis et devolvendis,
cum exnunc et defacto ob prestitam si„
bi Recognoscenti ad Mentem Contra„
ctûs hic Varsavie die Duodecima
Mensis Septembris Annô proxime
preterito Millesimô Septingentesi„
mô Quinquagesimô Quintô, initi
et conclusi, ob plenariam satisfa=
ctionem, effectivamq Dotis appromis=
sæ Quatuor Millium Florenorum
Polonicalium, nec non pro expediti=
one Muliebri Duorum Millium Flo
renorum Polonicalium exolutionem,
de quibus receptis summis tam Gene„
rosam Catharinam de Grzybowskie
Matrem, quam Urbem Antonium
Olecki Præpositum Jasienicensem
Fratrem, suos quietat:, libere spon„
te, et plenarie absceſsit et abrenun„
tiavit

tiavit, prout quidem praesentis Inscri„
ptionis Abrenuntiatoriæ virtute absce„
dit, et abrenuntiat, nihil amplius Ju„
ris tituli, hereditatis, propinquitatis,
ac cujusvis pretensionis, sibi Recogno„
scenti ad eadem Bona Paterna et Ma„
terna, aut aliasquascunq; Successiones
pro se Recognoscente reservando et pro„
custodiendo, verum perpetuum sibi si„
lentium ratione praemissorum impone„
do. Hæc suâ personali Recognitione ad
premissa mediante. In forma alias ab„
renuntiationis plenissima ac de Jure
perfectissima. Quam pro majori fide
Eadem Religiosa Recognoscens ma„
nu propria subscripsit: Siostra Vr=
szula Kornelia od Imienia Maryi,
Siostra Krystyna od Narodzenia N. S.
Panny, Przeorysza Karmelitanek Bos=
kich Konwentu Warsza: Siostra Bar„
bara Tereska od Troycy Przenayś: kar„
melitanka Bozka Dyszkretka Pierwsza.
Siostra Eufrozyna Magdalena od
offiarowania Nayswiet: Panny Karme„
litanka Bozka Dyszkretka Druga, Sio=
stra Marya Wiktorya od P. Jezusa
Karmelitanka

Karmelitanka Bosa Dys. 3. Fr Andre„
as a S. Stanislao Kostka Camett Dis„
cal Conventus Varsavien Supprior
Carmelitanarum Discal Confessari„
usmp. Quam ejusmodi Secretarij No„
stri Relationem, factamq ut premis=
sum est abrenuntiationem Nos ratam
firmam ac de Iure validam, haben„
tes, haberiq ab omnibus volentes,
eam ad Acta presentia Metrices Re„
gni suscipi, ijdem inseri, et Parti
postulanti Authentice extradi permi„
simus. In quorum fidem &c Actum
ut supra. Relatio Illrmi et Excellmi
Dñi Joannis Comitis in Konskie et
Biatacrow a Matachowice Matachow„
ski Supremi Regni Cancellarij Ostrole„
cen et Bucznioviens Capitanei.

Actum Varsaviæ
Feriâ Quartâ
post Festum
Circumcisionis
Christi Domini
proxima Die vi„
licet Quinta
Mensis

Mensis Ja„ 90
nuarij Anno
Ejusdem Mil„
lesimô Septin„
gentesimô Quin„
quagesimô Se„
ptimô

Oblata Privilegÿ super Pa„
latinatum Volhyniæ Ma=
gnifico Josepho Ossolinski
Collatum.

Augustus Tertius &c

Significamus &c Oblatas esse ad Acta pra„
sentia Metrices Regni Cancellariæ Nostræ
Majoris Literas Privilegÿ super Palati=
natum Volhyniæ post ascensum Alti
Francisci Salesÿ Potocki vacantem, Nobi
Josepho Ossolinski Vexillifero Curiæ Re„
gni per Nos benigniter collatas, Manu
Nostra subscriptas, et Sigillo Majoris
Cancellariæ Regni communitas, sanas
salvas et illæsas omnig prorsus suspi„
tionis nota carentes tenoris talis. Au„
gustus Tertius Dei Gratia Rex Poloniæ,
Magnus Dux Lithuaniæ, Russiæ, Prus„
siæ, Masoviæ, Samogitiæ, Kijoviæ,
Volhyniæ

Volhynia, Podolia, Podlachia, Livonia,
Smolenscia, Severia, Czerniechovia q, ne
non Hæreditarius Dux Saxoniæ et Prin„
ceps Rector. Significamus præsentibus
Literis Nostris, quorum interest univer„
sis et singulis. Nihil magis Reipublicæ
commodius, Majestatibus Principum accom„
modatius esse censemus quam tales publi„
cis Honoribus admovere Viros, quorum Con„
junctam cum Generis Splendore integrita„
tem, et inviolatam „ intaminatam q „ erga Nos ac Rempu„
blicam semper experimur fidem. Regiæ
itaq nunc solicitudinis esse arbitrati su=
mus, ut post accensum Mfi Francisci
Salesij Potocki Palatini Volhyniæ talem
adnumeraremus ad Senatoriam Palati=
natus Volhyniæ Dignitatem Successorem;
Qui ita eandem illustraret, quem ad mo„
dum et ab eadem ornaretur; Cum igitur
inter cæteros Reipublicæ Viros Gnosum
Josephum Ossolinski Vexilliferum Cu„
riæ Regni ejusmodi reperimus. Cujus
eximia Belli, pacisq tempore virtus ani„
mum Nostrum, Regiamq promptitudi=
nem amplissimis non modo Majorum
suorum, verum etiam propriis in Nos

Domumq

Domumq̃ Nostram Regiam, ac totam Rem„
publicam stimulantibus meritis ad id mu„
nificentiæ signum provocarent, meritò fa„
ciendum esse duximus, et prædictum Gene„
rosum Josephum Opsolinski Palatinatu
Volhyniæ ornaremus, ad præsens post
assensum Mtis Francisci Salesÿ Poto=
cki vacante Ademq̃ prænominatum
Subvellium damus et conferremus
uti quidem damus et conferimus præ„
sentibus Literis Nostris, cum omnibus
Juribus, prærogativis, immunitatibus
et obventionibus huic Palatinatui
antiquitus debitis, tenen, haben, et
possiden, ad extrema vitæ ~~suæ~~ Ejus
tempora vel alicujus majoris digni=
tatis assecutionem; Quod omnibus et
singulis quorum interest præsertim
vero Dignitarys, Officialibus, totiq̃ No„
bilitati Palatinatus Volhyniæ Notum
esse volentes mandamus et prædictum
Gnõsum Josephum Opsolinski abhinc
pro vero legitimo Palatino Volhyniæ
habeant, et agnoscant, Eidemq̃ de
Jure, loco prærogativis, ac recepta
consvetudine respondeant, et ab alijs

responderi

responderi curent. Pro Gratia Nostra Regia.
In quorum fidem presentes manu Nostra
subscriptas. Sigillô Regni communiri jus-
simus. Datum Varsaviæ Die XIX Mensis
Decembris. Anno Domini MDCCLVI. Re-
gni verò Nostri XXV Annô. Palatina-
tus Volhyniæ post ascensum Nti Fran-
cisci Salesij Potocki vacans, Gnôso Jo-
sepho Ossolinski Vexillifero Curiæ Re-
gni confertur. Augustus Rex, Locus
Sigilli Majoris. Cancellaria Regni,
Adalbertus Rakowski Decillator Te-
rræ Visnensis Sigilli Majoris Regni
Secretarius mp Alterq vero earundem
Literarum Privilegij verba sunt hæc
Cancellariatu. Illmi et Excellmi Dñi
Joannis Comitis in Konskie et Bie-
taczow a Matachowice Matachowski
supremi Cancellarij Regni, Ostrolæcen
& Capitanei Sigillatum. Quas ejus-
modi Literas Privilegij, sic ut præmis-
sum oblatas, Nos ad Acta præsentia
Metrices Regni suscipi ijsdem inseri
et Parti Postulanti Authentice ex-
tradi, Originale vicissim restitui, per-
misimus. In quorum fidem &c Actum
ut supra

ut supra Relatio Eiusdem Illmi & Exmi 92
cellentissimi Dñi Joannis Comitis in
Konskie et Białaczow a Małachowice
Małachowski Supremi Regni Cancella-
rij, Ostrołęcen et Bucznioviens Capi-
tanej.

Actum Var-
saviæ Feriâ
Tertiâ post
Festum S. Pau-
li Primi Eremi
te proximâ Die
scilicet Decimâ
Octavâ Men-
sis Januarij
Anno Domini
Millesimô
Septingentesi-
mô Quinqua
gesimô Septi-
mô

Cessit de Scultetia in Villa
Pieniążkowice J. Stepha-
nus Komar in Personas
J. J. Stawinskich Con-
jugum.

Augustus
2

Augustus Tertius &c.

Significamus &c. Quomodo coram Nobis Actisq. præsentibus Metrices Regni Cancellariæ Nostræ Majoris, personaliter comparens Prænus Stephanus Komar sanus mente et corpore existens, à Foro, Terris, Districtibus et Jurisdictione sua quavis propria et competenti recedendo, præsenti vero Nostræ Regiæ Jurisdictioni secum Bonis suis generaliter omnibus subjiciendo et incorporando, sponte palam libere, ac per expressum recognovit, præsentibusq. recognoscit. Quia Ipse inhærendo Privilegio Consensûs Nostri super infrarecognoscenda a Nobis gratiose sibi collato, Manuq. Nostra Regia subscripto, et Sigillo Majoris Cancellariæ Regni communitô, ad præsens in suo Originali exhibito, cujus tenor sequitur est. Augustus Tertius Dei Gratia Rex Polonie, Magnus Dux Lithuaniæ, Russiæ, Prussiæ, Masoviæ, Samogitiæ, Kijoviæ, Volhyniæ, Podoliæ, Podlachiæ, Livoniæ, Smolenscia, Severiæ, Czerniechoviæq. nec non Hæreditarius Dux Saxoniæ et Princeps Elector. Significamus præsentibus Literis Nostris Quorum interest

Universis

Universis et singulis. Consensisse Nos et permi„ 93
sisse, consentireq et permittere, Prūoso Ste„
phano Komar ut possit et valeat, de omni
et integro Jure suo Advitalitio, quod
Ipse super Scultetiam in Villa Piniazko„
wice in Palatinatu Cracovien. Capitane„
atu Novorien. sitt, servit et competit ce„
dere illudq in Personas Gnōsorum Joannis
Stawinski et Marianne de Budzinskie Con„
jugum plenarie transferre et transfundere:
Quoquidem Cessio Jurisq transfusio po=
steaquam coram Actis quibuscuris Authen„
ticis Regni facta, et recognita fuerit, Nos
eam ratam et gratam habituri sumus
ut eam, quæ prævio horce Consensu No„
stro peragetur. Vigore cujus Cessionis
præsentisq Consensus Nostri præditam
Scultetiam in Villa Piniazkowice sitt=
cum Curia, prædio, ædificijs, agris, pra„
tis, hortis, Campis, Sylvis, piscinijs, ne„
moribus, stagnis, piscinis, fluvijs, flu„
minibus, molendinis, tabernis, braxa=
torijs, subditis, eorumq laboribus, Cen„
sibus, Dationibus, commodis et emolu„
mentis, cunctisq attinentijs et pertinen„
tijs, ea antiquitus spectantibus, nullis

penitus

penitus exceptis sed ita late, longe circum„
ferencialiterq, prout ab antiquis et imme„
diatis Donatarijs Nostris possidebatur,
prefati Gnōsi Joannes Stawinski et
Marianna de Budzyńskie conjuges
ambo et insolidum tenebunt, habe„
bunt, et possidebunt, ad extrema vi=
ta sua tempora; Promittimus autem
pro Nobis et Sermis Successoribus No„
stris non esse Nos Sermosq Succesco=
res Nostros ab usu et pacifica posessi=
one dicte Sculletie in Villa Pienia„
kowice sitā, Eosq Gnōsos Joannem
Stawinski et Mariannam de Budzyn„
skie Conjuges amoturos, neq amovendi po„
testatem cuipiam daturos, sed salvum
et integrum Jus advitalitium Ipsis
conservaturos. Quod et Sermi Succesco„
res Nostri prestabunt Juribus Nostris
Legalibus, Reipublicæ Ecclesiaq Sae Ro„
manæ Catholicæ salvis manentibus. In
quorum fidem presentes manu Nostra
subscriptas, Sigillo Regni communiri
jussimus. Datum Varsaviæ Die III.
Mensis Januarij Anno Domini
MDCCLVII Regni vero Nostri XXIV.

Anno

Anno. Consensus cedendi de sculteția in Vil, Ost
la Pieniążkowiie in Palatinatu Cracoviens
Capitaneatu Neoforiensi sita, Gnōso Stepha„
no Konar in personas Gnōsorum Joannis
Stawinski et Marianne de Budzynskie
Conjugum datur. Augustus Rex Lotus
Sigilli Majoris Cancellarie Regni. Adal.
bertus Rakowski Pocillator Terre Vizen
Sigilli Majoris Regni Secretarius mp
A tergo vero earundem Literarum Con„
sensus verba sunt hec. Cancellariatu
Illmi et Excellmi Dñi Joannis Comitis
in Konskie et Biatacrow a Matachowie
Malachowski Supremi Regni Cancella„
rij, Ostrolecen Bucznowien &c Capita„
nei Sigillatum: de omni et integro Ju„
re suo Advitalitio, quod et quale Ip=
si vigore Juris et Privilegij super pro„
fatam, sculteciam in Villa Pieniązko„
wice in Palatinatu Cracovien Capi=
taneatu Neoforien sitt, servit et com„
petit, servireq et competere potest,
iam extune et defacto Gnōsis Joan„
ni Stawinski et Marianne de Budzyn„
skie Conjugibus, verō, merō, purō, et
irrevocabilis cessionis, titulo cessit,

abscessit

Rex Poloniæ, Magnus Dux Lithvaniæ, Ruf-
siæ, Prussiæ, Masoviæ, Samogitiæ, Kijo-
viæ, Volhyniæ, Podoliæ, Podlachiæ, Livo-
niæ, Smolenscieæ Severiæ, Czerniecho-
viæq̃ nec non Hæreditarius Dux Saxo-
niæ, et Princeps Elector. Significamus
præsentibũs Literis Nostris, quorum
interest Universis, et Singulis. Expositum
Nobis esse per certos Consiliarios Nostros
Nomine, et pro Parte Generosi Francisci
Bielinski, olim Magnifici Michaëlis
Bielinski Palatini Culmen̄, cum Ma-
gnifica Tecla de Peptowskie matrimo-
nialiter procreati Filij; Quomodo Ille,
licet quidem non ætate, tamen Discretione
ac ratione bene vigeat, supplicatumq̃ Nobis
est, quatenus Eidem Annos Ætatis adjudi

care

care dignaremur. Nos attentâ præmissâ Di-
scretione, et ratione, ut de gratia, liberalitateq̃
Nostra Regia participare valeat, Ipsi Annos
Atatis Authoritate Nostra Regia adjudican:
dos esse duximus, præsentibusq̃ Literis Nostris
adjudicamus: Decernentes prædictum Gene:
rosum Franciscum Bielinski, jam exnunc
idoneum, gratiarum, liberalitatumq̃ Nostra:
rum Regiarum a Distributiva Clementia
Nostra procedentium habilem esse; Ita ut
Cessiones Bonorum Nostrorum in Personam
Ejus faciendas recipere, Bonaq̃ Nostra pos:
sidere, Actusq̃ Juridicos peragere possit et
valeat, ac si jam legitimum, et de Jure requi:
situm Atatis tempus adimpleret de pleni tu:
dine Potestatis Nostræ Regiæ Ei facultа:
tem tribuimus. In quorum fidem præsen:
tes Manu Nostrâ subscriptas, Sigillô Re:
gni communiri jussimus. Datum Var:
saviæ Die VIII. Mensis Februarij Anno
Domini MDCCLVII. Regni verò Nostri
XXIV Anno. Suppletio Annorum Genero
so Francisco Bielinski Palatinida Culmen
si. Augustus Rex. Locus Sigilli Minoris

Cancellaria

Cancellaria Regni. Antonius Sikorski Sae
Rae Mtis et Sigilli Regni Secretarius. mpp Ater-
go verò earundem Literarum verba sunt hæc:
Pro Cancellariatu Illrmi et Exmi et Rmi Dni
Michaelis Comitis de Granow Wodzicki De-
cani Cathedralis Cracovien, Abbatis Commen:
datarij Czerven, et Claræ Tumbæ Procancel:
larij Regni sigillatum. Tenor verò Oblatæ
Castren, Lublinen itidem a tergo harummet
Literarum Privilegij annotatæ sequens
est. Ad personalem Oblationem Gnosi Al:
berti Litynski Officium præsens CC Lubli
nense intro contentas Literas Suppletionis
Annorum per Smæ Rae Mtem Dnum Nrum
Clementissimum Illri Mco Francisco
Bielinski Palatino de Culmen benigniter
collatas, manu ejusdem Sae Rae Mtis pro-
pria subscriptas, et Sigillô Minoris Cancel:
lariæ Rni communitas, ad Acta Sua
per oblatam Suscepit, ijsdemq; sub Actu in:
frascro ingrossari mandavit, Feriâ Tertia
post Dnicam Ramis Palmarum Quadra:
gesimalem proximâ Anno Dni 1757.
Suscepti, inducto. Quas ejusmodi Literas
Privilegij

Privilegij, sic ut præmissum Oblatas, Nos ad Acta
præsentia Metrices Regni suscipi, ijsdem inseri,
et Parti postulanti authentice extradi, Origina-
le rursus restitui, permisimus. In Quorum fi-
dem &c: actum et Relatio ut supra.

Sub eodem Actu.

Edit M. Bielinski Supr. Rñi Mareschl.
de Tenuta Dziecinow P. Francisco Bie:
linski Palatinide Culmensi.

Augustus III etc.

Significamus etc: Quomodo coram Nobis, A-
ctisq̃ præsentibus Metrices Regni Cancella-
rie Nostræ Majoris personaliter comparens
Magnificus Franciscus Bielinski, Supremus
Regni Mareschalcus Sarvolinensis Capi-
taneus sanus mente, et corpore existens, à
Foro, Terris, Districtibus, et Jurisdictione
sua quavis propria, et competenti recedendo,
præsenti verò Nostræ Regiæ Jurisdictioni, se
cum Bonis suis generaliter omnibus Subjici
endo, et incorporando, sponte, pálàm, libere,
ac per expressum recognovit, præsentibusq̃
recognoscit Quia Ipse inhærendo Privilegio

Consensus

Consensus Nostri superinfra recognoscenda a No-
bis gratiosè sibi collato, manuq; Nostrâ Regiâ
subscripto, et Sigillô Majoris Cancellariæ Re-
gni communitô, ad præsens in suo Originali
exhibito, cujus tenor sequens est. Augustus
Tertius Dei Gratiâ Rex Poloniæ, Magnus
Dux Lithuaniæ, Russiæ, Prussiæ, Masoviæ,
Samogitiæ, Kijoviæ, Volhyniæ, Podoliæ, Po-
dlachiæ, Livoniæ, Smolenscii, Severiæ,
Czerniechoviæq;, nec non Hæreditarius Dux
Saxoniæ, et Princeps Elector. Significamus
præsentibûs Literîs Nostrîs, quorum inter-
est Universis, et Singulis. Consensisse Nos,
et permisisse, consentireq;, et permittere
Literis hisce Nostris Magnifico Francisco
Bielinski Supremo Regni Mareschalco
Garvolinensi Capitaneo, ut possit, et valeat de
omni et integro Jure suo advitalitio, quod
Ipsi super Tenutam Dzieciniow cum Villis
Kossomce, Wysoczyn et Redwankow in Pa-
latinatu Mosoviæ, Terra Czernensi sitâ
et jacen, servit, et competit, cedere, illudq;
B, in

in Personam Generosi Francisci Bielinski Pa:
latinida Culmensis transferre et transfun:
dere. Qua quidem Cessio, Jurisq; transfusio, po:
steaquam coram Actis quibuscunq; Regni
authenticis facta, et recognita fuerit, Nos eam
ratam et gratam habituri sumus, uti eam quo
prævio hocce Consensu Nostro peragetur,
Vigore Cujus Cessionis, et præsentis Consen:
sus Nostri dictam Tenutam Dziecinovi:
ensem cum omnibus Villis, fundis, agris,
pratis, Campis, Sylvis, Stagnis, piscinis,
subditis, eorumq; laboribus, Censibus, ob:
ventionibus, attinentijsq; et pertinentijs
generaliter omnibus et Universis præno:
minatus Generosus Franciscus Bielinski
Palatinides Culmen tenebit, habebit, et pos:
sidebit, ad extrema vitæ suæ tempora. Pro:
mittimus autem pro Nobis, Sermisq; Succes:
soribus Nostris, non esse Nos, Sermosq; Suc:
cessores Nostros, ab usu et pacifica possessione
dicta Tenutæ Dziecinovien Eundem Gene
rosum Franciscum Bielinski Palatini

dam

dam Culmensem amoturos, aut alienaturos,
neq̃ amovendi, aut alienandi cuipiam pote-
statem daturos, sed Salvum et integrum Jus
advitalitium Eidem conservaturos, quod
et Sẽrmi Successores Nostri præstabunt. Ra-
tione Cujus Tenutæ solitam proventuum
Quartam partem ad Thesaurum Regni in-
ferre tenebitur. Juribus Nostris Regalibus,
Reipublicæ, Ecclesiæq̃ Romano Catholicæ
Salvis manentibus. In quorum fidem præ-
sentes Manu Nostrâ subscriptas, Sigillo
Regni communiri jussimus. Datum Varsa-
viæ Die XX. Mensis Aprilis Anno Domi
ni MDCCLVII. Regni vero Nostri XXIV. An
nô. Consensus cedendi de Tenuta Dzieci-
now cum Villis Kossowce, Wysoczyn, Radwan-
kow, in Palatinatu Masoviæ, Terra Czerneñi
ibi Magnifico Francisco Bielinski Su-
premo Regni Mareschalco Garvolinen-
si Capitaneo, in Personam Generosi Fran-
cisci Bielinski Palatinidæ Culmen dator.
Augustus Rex. Locus Sigilli Majoris

Cancellariæ

Cancellaria Regni. Adalbertus Rako=
wski Locillator Terræ Viznen Sigilli Ma=
joris Regni Secretarius. A tergo vero
earundem Literarum Consensûs, verba=
sunt hæc. Cancellariatu Illrmi & Ex=
cllmi Dni Joannis Comitis in Konskie
et Białaczow à Małachowice Małacho=
wski Supremi Regni Cancellarij, Ostro:
lęcen et Buczniovien Capitanei Sigil=
latum. de omni et integro Jure suo Ad=
vitalitio, quod et quale Ipsi vigore Juris,
et Privilegij super præfatam Tenutam
Dziecinow cum Villis Kossowce, Wysoczyn
Radwankow in Palatinatu Masovia, Ter=
ra Czernensi sitâ, servit et competit, servi=
reqr et competere potest, jam exnunc & de=
facto Generoso Francisco Bielinski Pala=
tinô de Culmensi, verô, merô, purô, et ir=
revocabilis Cessionis Titulô, cessit, absces=
sit, ac condescendit, prout præsentibus —
cum omni Jure, et Titulo attinentijsq &
pertinentijs generaliter omnibus ad=
memoratam Tenutam Dziecinow Villasq
Kossowce, Wysoczyn, Radwankow, nunc,

et ab antiquo spectantibus, cedit, abscedit,
et condescendit, totumq̃ et integrum Jus
suum Advitalitium in Personam supra:
nominati Dñi Francisci Bielinski
Palatini de Culmensis Cessionarij sui,
plenarie tranfert, transfundit, et derivat,
Intromissionem quoq; Officiosam realem
ac actualem per Ministerialem Regni
Generalem, et Nobiles duos quosvis in
altefatam Tenutam Dziecinow & Villas
Kossomce, Wysoczyn, Radwankow,
eidem Cessionario suo conferendam, dat-
et defacto admittit, seq̃ daturum et ad-
missurum submittit, ac presentibus in-
scribit. Hâc sua personali recognitione ad
premissa omnia mediante. In forma alias
Cessionis plenissima ac de Jure perfectissi-
ma. Quam idem Magnificus Recogno-
scens Manu propriâ subscripsit. F Bie-
linski M W K. mp Quam ejusmodi Cessionem
sic ut premissum factam, et recognitam Nos ratam
firmam ac de Jure validam habentes, haberiq̃

abomni

ab omnibus volentes eam ad Acta praesentia Metrices Regni suscipi, ijsdem inseri, et Parti Postulanti authenticè extradi permisimus. In quorum fidem etc. Actum et Relatio ut supra.

Sub eodem Actu.

Oblata Actûs Commissorialis Taxationis Sumptuum in restaurationem Bonorum Starogrod per GG. Kempskie Conjuges erogatorum.

Augustus III &c.

Significamus etc: Oblatum esse ad Acta praesentia Metrices Regni Cancellariæ Nostræ Majoris Actum Commissorialem Taxationis Sumptuum et impensarum in restaurationem Bonorum Nostrorum Starogrod in Terra Cernensi sitorum, per Generosos Adamum Kempski et Salomeam de Gothier Conjuges, dictorum Bonorum Tenutarios erogatorum, in fundo praefatorum Bonorum Nostrorum Starogrod Feriâ Secundâ post Festum Exaltationis Sæ Crucis proximâ, Die videlicet Decimâ Septimâ Mensis Septembris Annô Domini Millesimô Septingentesimô Quinquagesimô Tertiô, per introspecificatos, ad id deputatos Commissarios

missarios Nostros expeditum, Manibus Corum
dem Commissariorum subscriptum, et Sigillis
Gentilitijs in cera rubra hispanica expressis com-
munitum, sanum, salvum, et illæsum, omnig
prorsus suspitionis nota carentem de tenore tali.
Actum in fundo Bonorum Villæ Starogrod Re-
galis Possessioni adpræsens Magnificorum Ada-
mi Kempski, et Salomeæ de Gothier Conjugum
subjectæ, Feriâ Secundâ post Festum Exal-
tationis Sanctæ Crucis proximâ, Die videlicet
Decimâ Septimâ Mensis Septembris, Annō
Domini Millesimō Septingentesimō Quin-
quagesimō Tertiō. Coram Magnificis Ga-
spare in Suffczyn Suffczynski Vexillifero Terræ
Cernensis, Gabriele in Lesiew Lesiewski Judice
Terrestri Ravensi, Michaële in Rudno à Kar-
czew Karczewski Notario Terrestri et Castren-
si Cernensi, Laurentio Zielinski Venatore Ter-
ræ Sochaczoviensis, a Sacra Regia Majestate
assignatis Commissarijs. Judicium Compromisso-
riale Sæ Rīæ Mttis insistendo Rescripto Sereniss-
simi, Invictissimi Augusti Tertij Dei Gratiâ
Poloniarum Regis nunc feliciter Regnantis

tenoris

tenoris ejusmodi. Augustus Tertius Dei Gratiâ
Rex Polonie, Magnus Dux Lithuanie, Russie
Prussie, Masovie, Samogitie, Kijovie, Volhy-
nie, Podolie, Podlachie, Livonie, Smolensciæ
Severie, Czerniechovieq; nec non Hereditarius
Dux Saxonie, Princeps et Elector. Generosis Ga-
sparo Sufczynski Vexillifero Cernensi, Gabrieli
Lesiewski Judici Terrestri Ravensi, et Judicio-
rum Nostrorum Assessori, Michäeli Karczewski
Notario Terrestri et Castrensi Cernensi, Mi-
chäeli Sufczynski Pocillatori Cernensi, Josepho
Mrokowski Judici Castren Cernensi, Laurentio
Zielinski Venatori Sochaczeviensi fideliter-
Nobis dilectis Gratiam Nostram Regiam. Gene-
rosi fideliter Nobis Dilecti. Expositum est-
Nobis Nomine Generosorum Adami Kempski
et Salomeæ de Gothier Conjugum Bonorum No-
strorum Staroğrod in Terra Cernensi sitorum, et
jacentium, quod cum supradicta Bona Nostra
Staroğrod una cum Subditorum structuris cala-
mitate temporum desolata essent, ita ut nisi no-
tabilibus sumptibus memoratorum Generoso-
rum Kempskich Tenutariorum elocata et restau-
rata structuris Prædialibus, et Subditorum ædi-
ficata, subditiq; frumentis, pecoribus, et alijs ne-
cessarijs ad Œconomiam domesticam, remq; fa-

miliarem

miliarem suppellectilibus instituti fuerint, tam enor-
mi desolatione perijssent. Quapropter Nos ne-
tantis sumptibus in restaurationem dictorum
Bonorum Nostrorum Starogrod Idem Generosi
Tenutarij Nostri frustrentur, imo et restitutionis
eorundem Sumptuum per Succedaneos Tenutari-
os prestanda certam assecurationem habeant,
aequitati congruum esse censuimus, et deducen-
darum prefatarum impensarum per Inquisi-
tionem et Visionem Ipsis via non denegatur,
ac ideo hoc negotium Fidelitatibus Vestris,
de Quorum fide prudentia, ac in rebus gerendis
dexteritate optime persuasi sumus, commit-
tendum esse duximus, committimusq; hisce Lite-
ris Nostris mandantes, quatenus captato oppor-
tuno, ac inter se constituto certo die et tempore
ad supranominata Bona Nostra Starogrod
praevijs Innotescentiarum suarum Literis dua-
bus septimanis ante Terminum ponendis con-
descendant, ibidemq; absentia nonnullorum
non obstante, modo tres adsint Jurisdictione sua
commissoriali fundatâ de desolatione anti-
qua Bonorum praedictorum Starogrod investi
gent, de restauratione vero dictorum Bonorum, et institu-
tione Subditorum indagent, Regestra per Generosos Te-
nutarios

nutarios reproducenda, aliaq̃ Scripta in-
stitutionem et reparationem enucleantia
revideant, et trutinent, ac ex Inquisitioni-
bus educendis de præmissis percontentur,
sumptusq̃ omnes necessarios per Eosdem
Tenutarios erogatos in unam Summam
reducant, et ad certum quantum: in quo
Conscientias Fidelitatum Vestrarum -
obligamus :/ reducant, et constituant, -
atq̃ modernis Tenutarijs, Illorum q̃ Suc-
cessoribus adjudicent, aliaq̃ in similibus
observari et fieri solita exequantur; Secus
non facturæ Fidelitates Vestræ pro Gratia
Nostra, et Officiorum suorum debito. In quo-
rum fidem præsentes Manu Nostrâ sub-
scriptas Sigillô Regni communiri juss-
simus. Datum Varsaviæ Die VII Men-
sis Octobris, Annô Domini MDCCL.
Regni vero Nostri XVIII Anno. Augu-
stus Rex. Locus Sigilli Regni. Joan-
nes Klossowski Canonicus Cathedralis
Premisliensis S.ae R.ae Mtis Sigilli Regni

Secretarius. Commissio ad taxandos sum=
ptus in Bonis Starogrod. Emanatõ et ex=
portatõ, ad Actag̃ Castrensia Cernensia
Feriâ Secunda ante Festum Nativitatis
Beatissimæ Virginis Mariæ proximâ,
Annô quo Supra per Oblatam porrectô, tum
Literis Innotescentialibus Tenoris sequen=
tis: Nos Gaspar Sufczynski Vexillifer
Cernensis, Gabriel Lesiewski Judex Terre=
stris Ravensis, Michäel Karczewski No=
tarius Terrestris et Castrens Cernen, Mi=
chäel Sufczynski Pocillator Cernensis,
Josephus Mrokowski Judex Castrensis,
Cernen, Laurentius Zielinski Venator=
Sochaczovien a Sacra Regia Majesta=
te Domino Nostro Clementissimo de=
legati, et assignati Commissarij. Ma=
gnificis Adamo Kempski Mareschal=
catus Regni Secretario, et Salomeæ de=
Gothier Conjugibus Capitaneis Starogrodensi=
bus tum Communitati ejusdem Capitaneatus sive
Tenutæ Villæ Regalis Storogrod innotescimus exhi=
bitas et oblatas esse Nobis Literas Commissionis
S.R.a Mtis Dni Nri Clementissimi Varsaviæ Die Septima
mensis

Mensis Octobris, Annô Domini Millesimô Septin=
gentesimô Quinquagesimô. Regni vero felicissi=
mi præsentis Decimi Octavi in ordine Investiga=
tionis de antiquo Statu Bonorum Regalium
Starogrod in Terra Cernensi consistentium, tempo=
rum Calamitatibus in ædificijs Curialibus, et Villa=
nis desolatorum decessu Subditorum, eorumq; pisc=
minationibus, et prædialibus, camporum obsyve=
stratorum, alq; cognitionis in præmissis omnibus,
et alijs ad conservationem Bonorum spectantibus,
et necessarijs per modernos Possessores sumpta eo=
rum reperationis, erogatarumq; in eandem repera=
tionem, sive de novo ædificationem expensarum per
Succedaneos assignata emanatt. sigillô Regni commu=
nitas. Quibus mediantibus S.a R.a Mtas, procxe=
cutione contentorum, Rescripti ejusdem Commis=
sionis Nobis designatis Commissarijs demandare
dignata est; Qualenus constituto, inter Nos cer=
to Die et tempore pravijs Innotescentiarum
Nostrarum Literis, Legitime duabus Septima=
nis ante tempus ponendis, et vobis intimandis
ad Bona suprascripta Regalia Starogrod, pro
quibus res est, condescendamus, Jurisdictionem
Nostram Commissorialem, absentiâ nonnullorum
minime obstante, dummodo Tres adsimus, fun=
demus. De desolatione antiqua prædictorum Bo=
norum Regalium Starogrod investigemus,

de restaurá=

de restauratione vero dictorum Bonorum et
institutione Subditorum indagemus, Regestra
per Mgficos Tenutarios reproducenda, aliaq
Scripta institutionem, et reperationem enuclē-
antia, revideamus, et trutinemus, ac ex Inqui-
sitionibus educendis de præmissis percunctē-
mur, Sumptusq omnes necessarios per eosdem
Magnificos Tenutarios erogatos in unam
Summam redigamus, et ad certum quantum
reducamus, et constituamus, atq Modernis
Tenutarijs Ipsorumq Successoribus adjudice-
mus, aliaq in simili observari Solita, et Instru-
mentum S.ae R.ae Mtis in toto exequamur,
Literis ejusdem Commissionis præmissa fu-
sius in se obloquentibus. Ideo Vobis quibus
supra vigore Regio et Nostra, qua hac in
parte fungimur Commissoriali authoritate
innotescendo, mandamus, ut coram Nobis
suprascriptis Commissarijs in Bonis Starogrod
Regalibus, pro quibus res vertitur, pro Feria
Secunda post Festum Exaltationis S.ae Cru-
cis in Anno præsenti proxime ventura, pro
Die videlicet Decima Septima Mensis Se-
ptembris anni nunc currentis Millesimi,
Septingentesimi

Septingentesimi Quinquagesimi Tertij personaliter, peremptorie compareatis, comparendoq̃ documenta, sive Inventaria aut Regestra et alia scripta, tam antiquum, quam presentem statum Bonorum Regalium Starogrod elucidantia comportetis, et reproducatis, Cæteraq̃ circa talia fieri solita peragatis, algq̃ Judicatum Nostrum attentetis, certificando Vos, quod in Termino suprascripto, Nos officiô nostrô fungendo, et Legibus Regni inhærendo ad Executionem Commissionis S.a R.a Mtis procedemus, et defauto hoc idem Instrumentum Commissionis exequemur, causamq̃ hanc Vestram finaliter et plenarie decidemus, concludemus, et determinabimus. Datum in Residentijs Nostris Feriâ Secundâ post Festum assumptionis in Calum G.a V.e M.a Die videlicet Vigesimâ Mensis Augusti Annô Domini Millesimô, Septingentesimô, Quinquagesimô Tertiô. Jaspar in Sufczyn Sufczynski Vexillifer Terræ Cernensis S.a R.a Mtis Commissarius mpp.a Locus Sigilli gentilitij. Gabriel in Lesiew Lesiewski Judex Terrestris Ravensis S.a R.a Mtis Commissarius mpp.a Locus Sigilli gentilitij Michael in Rudno à Karczew Karczewski Notarius Terrestris et Castren Cernen—

S.ae R.ae Mttis Commissarius mppa. Locus Sigilli Gen:
tilitij. Laurentius Zielinski Venator Terrae
Sochaczevien S.ae R.ae Mttis Commissarius mppa. Lo:
cus Sigilli Gentilitij, ad Bona Starogrod Rega-
lia vi premissi Instrumenti Regij, et Literarum Inno:
tescentialium die in Actu contenta condescendit, Ju-
risdictionem suam Commissorialem in præsentia
Perillis et Adm Rndi Jacobi Dziewanowski Com:
mendarij Ecclesiæ Parochialis Parissovien ac
Magnificorum et Generosorum Francisci Chiche-
Capitani Regiminis Pedestris Guardiæ S.ae R.ae
Mttis, et Reipublicæ, Georgij Turnie Cohortis-
Hungarorum Mareschalcatûs Regni Rothma-
gistri, Hiacynthi Wrzosek, Casimiri Lacki, Flo:
riani Dąbrowski, et aliorum Actui præsenti ad-
stantium, nec non Ministerialis Pni Gnalis
Providi Laurentij Cmich de Villa Starogrod
Authentici et Jurati Actum eundem aclaman-
tis fundavit. Quâ fundatâ et voce suprascripti
Ministerialis proclamatâ Jurisdictione Partes
ad comparendum aclamare mandavit. Quo in
Termino Partibûs et quidem Magnificis Ada:
mo Kempski Mareschalcatus Regni Secre-
tario, et Salomeâ de Gothier Conjugibûs Bo-
norum Starogrod Regalium Possessoribûs-
personaliter Laboriosis Vitto Santorek Advo-
cato

.catô, et Simone Santorek, ac alijs suô, et totius Communitatis Villæ Regalis Starogrod nomine personaliter. Quibus itaq; comparentibûs Partibûs Judicium Commissoriale S.a R.a Mtis conformando se ad Regulam Regiô Instrumentô præscriptam ante omnia decernit, quatenus Magnifici Kempscy Conjuges Regestra Expensarum in reparationem, et conservationem Bonorum Regalium Starogrod, restaurationemq; eorundem Bonorum erogatarum, et alia Documenta, — etiam antiquiorem Statum Bonorum elucidantia suo coram Judicio reponant, idq; instantanee; Et quoniam tam Regestra Expensarum, quam Visionem officiosam antiquioris Status Bonorum circa apprehensionem eorundem factam reposuerunt, satisfecisse eôdem Decreto Judicij sui in premissis Judicium adinvenit, et suspensa lectione, liquidatione, ac resolutione eorundem Regestrorum, comprobationeq; eorum juratoriâ, ad revisionem Status Bonorum Adificiorum Curialium, et Villanorum, Camporum, pratorum, etiam extirpatorum, condescendit. Qua peractâ ad verificationem Regestrorum tam super reparationem Bonorum, quam Juvamina Subditorum

rum descendendo Communitatem Villanam
pro indagatione juvaminum, quinam illorum,
et quantum participare agnoscant, convocare
mandavit. Post quam Jnvestigationem ex Sub-
ditis judicialiter factam ad majorem Judicij
sui de Antiquo Statu Bonorum informatio-
nem, et pleniorem Instrumenti S.a R.a Mtis
executionem, Jnquisitiones educere, Testes ex
Communitate eorundem Bonorum rei gestæ be-
negnaros, et Status antiquioris dictorum Bo-
norum memoriam habentes, prævijs inscriben:
dis Interrogatorijs, et toti Communitati, pro
cedendo Testium scrutinia judicialiter perle-
gendis ad examinandum inducere, realitatem
Regestrorum comprobare decrevit. Et quo-
niam Magnifici Kempscy Conjuges præsenta-
riei Bonorum Starogrod Regalium Posses-
res Jnquisitiones modo quo supra eduxerunt,
Juramentum corporale tam super incorruptio-
nem Testium, quam realitatem Regestrorum, Expen-
sarum, et Summarum in restaurationem Bonorum
stante suâ possessione erogatarum ipsem et Ma-
gnificus Kempski maritus in facie Judicij sui, et
attendentia Communitatis judicialiter ad Jmaginem
Crucifixi Domini nostri Jesu Christi flexîs genibûs
præstitit

prastitit; Ideo satisfactione Decreto Judicij Com-
missorialis in pramissis agnitâ. Resolvendo Sus-
pensionem per Decretum Judicij presentis fa-
ctam ad lectionem tam Jnquisitionum, quam
Regestrorum, expensarum, liquidationem q;
eorum condescendit, quibûs lectîs, liquidatîs, et
matura Judicij sui deliberatione trutinatîs, et
examinatîs. Quandoquidem ex pramissis Jnqui-
sitionibus, ac Regestris per Mûm Kempski-
comprobatis, et per Judicium Suum Commissori-
ale subscriptis, ac investigatione ex Communitate
Subditorum Bonorum Starogrôd Regalium
judicialiter facta tum Status Bonorum, tam
in adificijs Curialibus, et Villanis, quam-
campis et pratis de novo extirpatis et explana-
tis Revisione per Judicium presens Commisso-
riale, ubiq; locorum distinctim, et separatim
in presentia Communitatis expedita palpabi-
liter deductum, et probatum est Magnos Kem-
pskie vi Privilegiorum, et aliorum Documen-
torum infra exarandorum, et quidem Consensûs
ad cedendum Tenuta Starogrodzen Illustribus et
Magnis Francisco Bielinski et Dorothea
Henrietta de Przebendowskie Conjugibus
Mareschalcis protunc Curiæ Regni in Per-
sonam

sonam Generosi Adami Kempski Die Decima Ter:
tia Mensis Novembris Anno Millesimô Se:
ptingentesimô Quadragesimô per Serñum Au:
gustum Tertium Poloniarum Regem nunc feli:
citer Regnantem Varsavia Collati, ac Cessionis
ejusdem Villa Regalis Starogrod per Illres —
Mgfcos Franciscum Bielinski Mareschalcum
protunc Curiæ Regnî, Brodnicen, Osiecen, Garvo-
lien etc. Capitaneum et Dorotheam Henriettam
de Przebendowskie Conjuges coram Actis Castren
Varsavien Feriâ Sextâ post Dominicam Ocu-
li Quadragesimalem proximâ Anno Domini Mil:
lesimô Septingentesimô Quadragesimo Primô,
in rem et Personam Mgfci Adami Kempski
Facta, et recognita, atq Juris Communicativi su:
per Tenutam Starogrod in Personam Mfcæ Sa:
lomeæ de Gothie Mgfci Adami Kempski Consor:
tis servientis Die Vigesimâ Primâ Maij Anno
Millesimô Septingentesimô Quadragesimo Secun:
dô Varsavia à Sacra Regia Majestate impetrati
et exportati, ad actaq Castrensia Capitanealia
Cernensia Feriâ Sextâ pridie Festi Sancti Mi:
chaelis Archangeli Anno eod per oblatam
porrecti modernos Possessores Villam Regalem
Starogrod a Generoso Wolikowski Antecedanco
eorund

eorundem Bonorum Possessore propriô peculiô
emptam in statu miserrimo, tam in ædificijs Cu:
rialibus, quam Villanis, et inseminationibus
utrisq; campis, pratis, in majori parte ob:
sylvestratis, Subditis in residuo Summopere
depauperatis, et calamitatibus temporum
ad ultimam ferme ruinam redactis, nec ulte:
rius in hisce Bonis subsistere valentibus
s: etiam eorum propria regognitione id te:
stante: s in Anno Millesimo Septingentesi:
mo Quadragesimô Primo s: prout Intromis:
sio in hacce Bona accepta, et Quietatio de
exoluto contingenti Quadrupla obloquun:
tur: s prævenisse et stante sua possessione ap:
prime subditos in pauca quantitate et Sum:
ma egestate absq; inseminationibus ob defe:
ctum boum totaliter deperditis praventos
segetibus omnis grani, tam ad introducendas
eorum inseminationes hyemales, et æstivales
stante protunc caristia majori pretio de pro:
prio coemptis, tum Suppellectilibus dome:
sticis, ac alijs ad agriculturas ferreis requi:
sitis, etiam curribus, ferro provisis, ac bobus
aliunde emptis, et conductis juvasse, et in præ:
missas expensas Summam Quatuor Millium

Florenorum Polonicalium proprij peculij protune
erogasse, primôq; possessionis sue Annô nul:
lum proventum etiam à Summa expensata ha:
buisse, inseminationes Curiales coemptis seorsive
ad rem Aconomicam bobûs, equîs, Operarijsq et
alia familia curiali conductîs, et proprio sumptu
in victu et amictu sustentatis et conservatis
induxisse, Inventaria utpote pecora, pecudes vai
rijs in locis et nundinis coemisse, et ad Bona Sta:
rogrod impulisse, fundos, campos sine ulla sterco:
risatione extantes, et mala agricultura deteriora:
tos, nec ad producendum fructum aptos meliùs
coluisse, expurgasse, et stercorisasse, alios vero fun:
dos, et campos ac prata obsylvestrata Mercenarijs con:
ductîs sumptu notabili excidisse, eradicasse, et expla:
nasse, gazas Subditales reparatione indigentes
non nullas de integro, non nullas in majori parte
reparasse, alias vero gazas Cmethonales cum Ca:
meris et atrijs in numero Decem, extritis arbori:
bus aliunde conductis, et hollodi a Villana extru:
xisse, tabernam penitus desolatam de integro
reparasse in latum et longum auxisse, hipocau
stum seorsivum pro commoditate itinerantium
cum camino murato, fenestris, et alijs prohone:

Sto

sto requisitis ex tritis arboribus denovo adædificas-
se, Pontem per Fluvium Swider plusquam Stadi-
um spatij in longum, et Ulnas decem in latum-
complectentem in palis quercineis cum aggeribus
ex utraq; rippa commodis, et à diluvio aquæ be-
ne provisis, hominibus aliunde conductis sumptu-
ose comparatis de novo ædificasse, subditos omnes
bobus ob auram pestiferam exhalatis proprio pe-
culio coemptis juvasse, et toto tractu suæ Possessio-
nis tres non nisi boves maceratos à subditis re-
habuisse, ex rehabitis vero ob nimiam eorum dete-
rioratione binos exhalasse, alios vero subditos
in re Œconomica segniores et juvaminibus indi-
gentes, præcipue mensibus Maij, Junij et Julij,
quotannis segetibus varij grani suppeditasse,
alios vero subditos fundi, et unum aliunde em-
ptum, et conductum de novo locasse, et omni juva-
mine, ac suppellectili domesticâ de integro juvas-
se, ædificia Curialia, ut pote Hollodia bina, pec-
cudiarium vaccinium seorsivum commodum, pec-
cuarium Stabulum, Curriarium cum asservaculis
montalibus, foribus, et ferris ad omnimodam
securitatem bene provisis, Braxatorium ad præ-
parandam cerevisiam et coquendum crematum
cum asservaculis tam ad hordeum tostum, quam
seorsive coctum crematum, tum mansione Bra-

xatoris

xatoris et distincto ejus asservaculô cum Caminis
binis infundamentis in altitudinem parietes ejus-
modi adificij adequantibus, et sursum ab extra subdio
muratis, post vero idem Braxatorium ex arboribus
tritis extructum et scandulis contectum, impulso-
ria Suilia, separatim ad saginandos porcos, et conser-
vationem gregis, tum Bovile itidem ad saginandos
boves sub uno tecto stramine emptô, cooperto, atq;
Prædium cum binis hipocaustis cameris, et alijs
commoditatibus ad rem æconomicam porro neces-
sarijs ex tritis arboribus extructum, prope verô
Prædium ex opposito unius, alterum ansearium
et Gallinarium pro alijsq; volatilibus domesti-
cis distinctim edificata, et majoris abigne se-
curitatis ergo scandulis tecta, Molendinum
Aquile ad Molendina tosta hordea ad distantiam
aliorum aquaticorum Molendinorum pro commo-
ditate fundi cum lapidibus, et alijs ferreis requisi-
tis noviter edificatum, asseribus tritis ad parietes
opertum et in superficie scandulis tectum, ar efacto-
rium cum fornace ex lateribus emptis muratô hi-
pocausto ad commansionem sive asservanda hordea
tosta ex arboribus tritis extructum, scandulis contectum
Officinam culinalem in parte ex antiquis, in parte majori
ex novis arboribus tritis cum caminis tam majori ab extra
quam minoribus ab intra muratis hipocaustis binis cum
Culina et asservaculo, omnig; commoditate et securitate
extructam, scandulis tectam, Curiam ex novis arboribg tritis, ed

runcinatis

runcinatis ad commoditatem sine ullo excessu cum ce-
sario ligneo, et camino majori abextra, et alijs mi-
noribus abintra caminis muratis scandulis conte-
ctam, et post Curiam in pomario per Magnifi-
cos Possessores erecto granarium, et seorsivum as-
servaculum dictum Lamus, cum fornicibus li-
gneis in rectilinio situata a parietibus scandulis,
ulterius vero stramine tecta sumptu notabili ex
tritis arboribus ob defectum propriarum Borra-
rum ad edificia non valentium mercenarijs ali-
unde conductis edificasse et extruxisse stagnum
cum effluvio ex tritis arboribus per artifices con-
ductos edificato, piscinas pro commoditate braxa-
torij de novo erectas arboribus circumductas,
aquam ad Braxatorium cursu naturali com-
municantes putea trina alias Studnie effodis-
se, et adificasse, pomarium sumptu Notabili
cum demolitione montis, et coaquatione fun-
di ac sipatione vallorum, exporitione loci por-
ro necessariorum ad perpetuam Possessorum com-
moditatem et utilitatem arboribus fructife-
ris, et alijs rebus utensilibus repletum fundas-
se et erexisse sepes, sepimenta circacircum ex
arboribus ex opposito Curia etiam tritis, mer-
cenarijs aliunde conductis erexisse in litis expen-
sas cum cum varijs Personis respectu graniti-

erum

erum Bonorum Starogrod Regalium sum=
ptus notabiles erogasse, fossas pro faciliori,
et citiori ex campis et pratis aquæ decursu
per fossores mercenarios perfecisse, et alia
quaque commoda fundo et Possessoribus Suc:
cedaneis utilia et proventum augentia rege:
stris expensarum per Magnificum Kem=
pski porrectis, et comprobatis, ac per Judi:
cium præsens Commissoriale subscriptis et
seorsivo Status Bonorum Inventario subtra:
ctu moderna Commissionis conscripto speci:
ficata, et circumscripta fundo et rei Aconó:
mica necessaria comparasse, Bonaq; Re=
galia Starogrod ad Statum in omni longe
meliorem reduxisse. Judicium itaq; Commis=
soriale S.R.Mttis tam Regestris expensa
rum, quam Indagatione Subditorum et
Inquisitionibus, reg oculis subjecta attentis,
et ex omni circumstantia discussis, et exa=
minatis. Licet quidem Magnifici Kempscy
Conjuges in restaurationem et Conservatio=
nem Bonorum Staroygrod Regalium, et=
alias stante sua Possessione fundi expensas

Summam

summam Triginta Trium Millium Noningen:
torum Octo Florenorum et grossorum Viginti
Unius Polonicalium realiter erogasse deducun:
tur, Ne tamen Bona Regalia praeaggravari
videantur, pretensiones fundi Regestris exa:
ratas distinguendo, Summam Novemdecem
Millium Octingentorum Nonaginta Duorum
Florenorum, et grossorum Quatuordecem Polo:
nicalium per moderamen Judicij sui adin:
ventam, et juramento Corporali circa realita:
tem Regestrorum per Magnificum Kempski
praestito evictam, Judicium Commissoriale
S.a R.a Mtis super Bonis Starogrod Regali:
bus Magnificis Kempskim Conjugibus,
et Eorum Successoribus authoritate Instru:
menti Regij supraspecificati constituit, et
post sera Magnificorum Kempskich utrorumq;
Conjugum fata, Successores Eorundem usq; ad
exemptionem, et summa praemissa Novem-
decem Millium Octingentorum Nonaginta
Duorum Florenorum, et grossorum Quatorde:
cem Polonicalium per succedaneum ad
Bona praedicta Starogrod Competitorem et
Donatarium exolutionem in pacifica pos:
sessione conservandos declarat. Nihilominus

Magnificos

Magnificos Kempskie Conjuges modernos Pos-
sessores Bonorum Starogrod Regalium, et Eo-
rum Successores ad conservationem dictorum
Bonorum in eo, prout ad praesens extant Statu,
obligandos arbitratur. Quantum spectat ali-
as pretensiones, ut pote conservationem Admi-
nistratorum, Operariorum, Familiae Curialis,
et aliorum Mercenariorum ad Colligendas se-
getes, et fœna, s: ob defectum dierum muliebri-
um in hisce Bonis Starogrod Regalibus, pen-
di ab antiquo non usitatorum: s: aliaq; Curialia
obsequia conductorum, et proprio Sumptu Ma-
gnificorum Possessorum conservatorum, solariaq;
Eisdem pensitata Regestris ut supra exarata,
ac decessu ob auram pestiferam Inventariorum
Curialium, tum comparationem quotannis
Supellectilium Praedialium coemptionem
pro Curia omnis generis Inventariorum, atq;
Provisionem à Summa Quatuor Millium
Florenorum Polonicalium in primo Possessio
nis Magnificorum Kempskich anno ero-
gata, et pro Eisdem pretensionibus Rege-

stro

stro generali, ut supra porrecto exarata Sum=
mam Quatuordecem Millium Sexdecem Flo:
renorum, et grossorum Septem polonicalium
efficientem, et per Magnificos Possessores super
Bonis Starogrod Regalibus ad complementum
totius Summa Triginta Trium Millium Qui=
ingentorum Octo Florenorum, et grossorum
Viginti Unius Polonicalium constitui praten=
sam, per Judicium verò Commissoriale liqui=
datam, resolutam, distinctam, et ab alijs pra=
tensionibus modo quo supra compensatis se=
paratam, licet realiter fut clare constat: / per Mo=
dernos Magnificos Possessores erogatam, Judi=
cium Commissoriale S.a R.a Mtis non posse
subsistere adinvenit, et Summam praemissam
Quatuordecem Millium Sexdecem Florenorum
et Grossorum Septem Polonicalium, ex Supraspe=
cificatis praetensionibus taliter distinctis, et reso=
lutis, pullulantem non modo usu et Proventibus
compensandam, verum ex decessu Inventario=
rum Curialium publicae Calamitati. Judicium
Commissoriale S.a R.a Mtis cedendam adinvenit.
Regestra vero Expensarum Judicio suo porrecta
comprobata, et subscripta, ac Inventarium Sta=
tus Bonorum Starogrod Regalium sub Tra=

ctu

.ctu præsentis Commissionis conscriptum circa
modernos Bonorum Possessores hærenda arbi:
tratur. Decreti ejusmodi Commissorialis vigore.
Gaspar in Sufczyn Sufczynski Vexillifer Terræ
Cernensis Sr Rae Mttis Commissarius: Locus
Sigilli gentilitij in cera rubra hispanica expressi.
Gabriel in Lesiew Lesiewski Judex Terrestris Ra:
vensis Sacræ Regiæ Majestatis Commissari:
us mpp Locus Sigilli gentilitij in cera rubra
hispanica expressi. Michael in Rudno a Karczew
Karczewski Notr: Tris et Castr: Cernen Sacræ
Regiæ Mttis Commissarius. Locus Sigilli gen:
tilitij in cera rubra hispanica expressi. Lauren:
tius Zielinski Venator Terræ Sochaczovien
Sacræ Regiæ Majestatis Commissarius mpp
Locus Sigilli gentilitij in cera rubra hispanica
expressi. Quem ejusmodi Actum Commissori:
alem sic ut præmissum oblatum, Nos ad Acta
præsentia Metrices Regni suscipi, ijsdem in:
seri, et Parti postulanti authentice extradi,
Originale rursus offerenti restitui, permisimus,
In quorum fidem etc: Actum ut supra. Re:
latio Ejusdem Illrmi et Excellmi Dni Supre:
mi Regni Cancellarij.

Actum

Actum Varsavia Feria
Quintâ post Domini =
cam Cantate proximâ,
Die Scilicet Duodecimâ
Mensis Maij Anno Dni
1757.

Oblata Privilegij super Villa Liwald ali=
as Rywald 24. Mansos in se continen
G° de Manget Servien.

Augustus III do:

Significamus &: Oblatas esse ad Acta presen=
tia Metrices Regni Cancellarie Majoris Nostre
Literas Privilegij super Villam Liwald alias
Rywald, viginti quatuor Mansos in se haben=
tem, in Palatinatu Culmen jacen Gnosis Joanni
Jacobo de Manget Majori Regiminis Pedes=
tris Gwardie Regni, et Christine Gottlieb de
Braun Conjugibus datas, manu nostrâ subscri=
ptas et Sigillô Majoris Cancellarie Regni
communitas, sanas, salvas, et illesas, omniq;
suspitionis Nota carentes tenoris talis. Augu=
stus Tertius Dei Gratiâ Rex Polonie, Ma=
gnus Dux Lithuanie, Russie, Prussie, Maso=
vie, Samogitie, Kijovie, Volhynie, Podolie,
Podlachie, Livonie, Smolensciæ, Severie,
Czerniechoviæq;, nec non Hereditarius Dux

Saxonie

Saxonica, et Princeps Elector. Significamus
praesentibûs Literis Nostris, quorum interest
universis et Singulis. Quia Nos habitô respectu
meritorum Generosi Joannis Jacobi de Manget
Majoris Regiminis Gvardiæ Pedestris Regni,
à plurimis Annis præstitorum, ulteriusq; præ-
standorum faciendum esse duximus, ut Eidem
et Generosæ Christinæ Gottlieb de Braun Con-
sorti ejus, Villam Liwald alias Rywald Vigin-
ti Quatuor Mansos in se continentem, in Pala-
tinatu Culmensi jacentem, post ultimos Pos-
sessores, vel quoquo modo vacantem, ad Disposi-
tionem Nostram devolutam, daremus et con-
ferremus, prout quidem damus et conferimus
præsentibûs Literis Nostris, Ita ut eândem bil-
lam cum omnibus agris, pratis, campis, syl vis,
nemoribus, rubetis, molendinis, tabernis, sta-
gnis, fluvijs, lacubus, piscinis, curijs, areis, præ-
dijs, subditis, eorumq; laboribus, censibus, datio
nibus commodis et emolumentis, attinentijsq;
universis et pertinentijs nullis plane exceptis
teneant, habeant, et possideant, ad extrema
vitæ eorum tempora. Promittimus autem pro
Nobis et Serenissimis Successoribus Nostris,

non.

non esse Nos, Successoresq; Nostros, praenomi-
natos Generosos Joannem Jacobum et Chri-
stinam Gottlieb de Braun Mangetow Conju-
ges, ab usu et pacifica possessione dicta Vil-
la Liwald alias Rywald amoturos, aut alie-
naturos, neq; amovendi aut alienandi cuipiam
potestatem daturos, sed salvum et integrum
jus advitalitium Illorum, omni meliori mo-
do conservaturos, quod et Serenissimi Succes-
sores Nostri praestabunt. Ratione cujus
Advitalitatis Quartam Proventuum partem
juxta praescriptum Legum Regni Ravam
quotanis ad Thesaurum Regni statutô tempo-
re inferre tenebuntur. Juribus Nostris Regali-
bus, Reipublicae, Ecclesiaeq; Catholicae salvis
manentibus. In quorum fidem praesentes
Manu Nostrâ subscriptas, sigillô Regni
communiri jussimus. Datum Varsaviae Die
XXV Mensis Aprilis, Anno Domini —
MDCCLVII. Regni vero Nostri XXIV Annô. Au-
gustus Rex. Locus Sigilli Majoris Cancella-
riae Regni. Adalbertus Rakowski Pocillator
Terrae Viznen, Sigilli Majoris Regni Secre-
tarius. Villa Liwald alias Rywald Viginti
Quatuor Mansos in se continens, in Palatina-

tu

tu Culmensi jacens, post ultimos, quorum-
vis nominum Possessores vacans, Generosis
Joanni Jacobo de Manget Majori Regi-
minis Pedestris Guardia Regni, et Christi-
na Gottlieb de Braun Conjugibus confertur.
A tergo vero earundem Literarum verba sunt
hac: Cancellariatu Illrmi et Exclmi Do-
mini Joannis Comitis in Honskie et Bia-
tacżew a Matachowice Matachowski Supre-
mi Regni Cancellarij, Ostrolęcen Buczniovien
etc: Capitanei Sigillatum. Quas ejusmodi Li-
teras Privilegij sic ut praemissum oblatas, Nos
ad Acta praesentia Metrices Regni suscipi,
ijsdem inseri, et Parti postulanti authentice
extradi, Originale vero offerenti rursus restitui,
permisimus. In quorum fidem etc: Actum et
Relatio ut supra.

Sub eodem Actu

Oblata Privilegij super Mansis Quatuor
in Villa Liwald alias Rywald J. de Man-
get servien.

Augustus III dc:

Significamus dc: Oblatas esse ad Acta praesen-
tia

tia Metrices Regni Cancellaria Nostra Ma=
joris Literas Privilegij super Quatuor Man=
sos in Villa Liwald alias Rywald in Palati=
natu Culmensi sita, existentes Generosis Joan=
ni Jacobo de Manget Majoris Regiminis
Pedestris Guardiæ Regni et Christinæ Gottlieb
de Braun Conjugibus per Nos benigniter da=
tas, Manu Nostrâ subscriptas, et Sigillô Majo=
ris Cancellariæ Regni Communitas, sanas sal=
vas, et illæsas, omnigq; prorsus suspitionis no=
ta carentes tenoris sequentis. Augustus
Tertius Dei Gratiâ Rex Poloniæ, Magnus
Dux Lithvaniæ, Russiæ, Prussiæ, Masoviæ,
Samogitiæ, Kijoviæ, Volhyniæ, Podoliæ, Po=
dlachiæ, Livoniæ, Smolenscique, Severiæ, Czer=
nichoviæq;, nec non Hæreditarius Dux Sa=
xoniæ, et Princeps Elector. Significamus
præsentibus Literis Nostris, quorum inter=
est Universis et Singulis. Quia Nos habitô
respectu meritorum Generosi Joannis Ja=
cobi. de Manget Majoris Regiminis Guar=
diæ Pedestris Regni, faciendum esse duxi=
mus, ut Eidem, et Generosæ Christinæ Gottlieb
de Braun Conjugi Ejus Quatuor Mansos
in Villa Liwald alias Rywald in Palati=
natu Culmensi sita, existentes, post fata
ultimorum

ultimorum quorumvis Cognominum Possesso-
rum vacantes, ad Dispositionem Nostram
Regiam devolutos, daremus et conferremus,
velut damus et conferimus praesentibus Li-
teris Nostris, ita ut eosdem Mansos, cum
omnibus agris, pratis, campis, sylvis, nemo-
ribus, rubetis, stagnis, fluviis, lacubus, pisci-
nis, curijs, areis, praedijs, subditis eorumq̃ la-
boribus, censibus, dationibus commodis et
emolumentis, attinentijsq̃ universis, et per-
tinentijs nullis plane exceptis, teneant, ha-
beant, et possideant, ad extrema vitæ Eorum
tempora. Promittimus autem pro Nobis et
Sermis Successoribus Nostris non esse Nos,
Serenissimos q̃ Successores Nostros praeno-
minatos Generosos Joannem Jacobum et
Christinam Gottlieb de Braun Mangetow
Conjuges, ab usu et pacifica possessione dic-
torum quatuor Mansorum amoturos, aut
alienaturos, neq̃ amovendi aut alienandi
Potestatem Cuipiam daturos, sed salvum et
integrum Jus advitalitium Illorum omni
meliori modô conservaturos. Quod et Sermi
Successores Nostri praestabunt. Ratione
cujus Advitalitatis Quartam proventuum par-

tem

tem juxta prescriptum Legum Regni Ravam
quotannis ad Thesaurum Regni statutô tempore
inferre tenebuntur. Juribus Nostris Regalibus
Reipublicæ, Ecclesiæq Catholicæ salvis ma-
nentibus. In quorum fidem præsentes Ma-
nu Nostra subscriptas Sigillô Regni commu-
niri jussimus. Datum Varsaviæ Die XXV. Men-
sis Aprilis Anno Domini MDCCLVII. Re-
gni vero Nostri XXIV Annô. Augustus -
Rex. Locus Sigilli Majoris Cancellariæ Rei-
gni. Adalbertus Rakowski Pocillator Terræ
Viznensis, Sigilli Majoris Regni Secretarius
mp Mansi Quatuor in Villa Liwald alias
Rywald in Palatinatu Culmensi sita, exi-
stentes, post fata ultimorum quorumvis co-
gnominum Possessorum vacantes, Genero-
sis Joanni Jacobo de Manget Majori Re-
gimenis Guardiæ Pedestris Regni et Christinæ
Gottlieb de Braun Conjugibus conferuntur.
A tergo verô earundem Literarum verba sunt
hæc: Cancellariatu Illrmi et Excellmi Dñi Jo-
annis Comitis in Konskie et Białuzow à
Małachowice Małachowski Supremi Regni
Cancellarij, Ostrolęcen, Buczniovien, etc. Ca-
pitanei Sigillatum. Quas ejusmodi Lite-
ras Privilegij sic ut præmissum oblatas, Nos
ad Acta præsentia Metrices Regni suscipi,

ijdem

ijsdem inseri, et Parti postulanti, authenticè extradi, Originale verò rursus Offerenti restitui, permisimus. Inquorum etc: Actum et Relatio ut Supra.

Actum Varsavia Feriâ Tertiâ post Dnicam Rogationum pximâ Die sci: licet 17. Mensis Maij 1757. Annô.

Oblata Privilegij super Villam Liwald alias Rywald Gnōris Mangetom Conjugibus collati.

Augustus III etc.

Significamus etc: Oblatas esse ad Acta praesentia Metrices Regni Cancellariæ Nostræ Majoris Literas Privilegij super Villam Liwald alias Rywald Viginti Quatuor Mansos in se continen, in Palatinatu Culmensi jacen, Generosis Joanni Jacobo de Mangget Majoris Regiminis Pedestris Gvardiæ Regni et Christinæ Gottlieb de Braun Conjugibus per Nos benigniter datas, manu Nostrâ subscriptas, et Sigillô Majoris Cancellariæ Regni communitas, sanas, salvas et illæsas, omnigo prorsus suspitionis nota carentes tenoris sequentis: Augustus Tertius Dei Gratiâ, Rex Poloniæ,

Maynus

Magnus Dux Lithvanie, Russie, Prussie, Ma-
sovie, Samogitie, Kijovie, Volhynie, Podo-
lie, Podlachiæ, Livonie, Smolenscie, Seve-
rie, Czerniechovieq, nec non Hæreditari-
us Dux Saxonie, et Princeps Elector. Si-
gnificamus præsentibus Literis Nostris,
quorum interest Universis et Singulis. Quia
Nos habito respectu meritorum Generosi Jo-
annis Jacobi de Manget Majoris Regi-
minis Gvardiæ Regni Pedestris Nobis a-
plurimis annis præstitorum, faciendum esse
duximus, ut Eidem, et Gnōsæ Christinæ Got-
tlieb de Braun Consorti Ejus Villam Liwald
alias Rywald, Viginti Quatuor Mansos in
se continentem, in Palatinatu Culmensi ja-
centem, post fata Magnificæ olim Con-
stantiæ de Gninskie Czapska Palatinæ
Pomeraniæ sive quomodocunq; vacantem
et ad Dispositionem Nostram Regiam
devolutam daremus, et conferremus. Prout
quidem hisce Literis Nostris damus et con-
ferimus, Ita ut Eandem Villam cum omni-
bus agris, pratis, campis, Sylvis, nemoribus,
rubetis, molendinis, tabernis, stagnis, fluvijs,
lacubus piscinis, curijs, areis, prædijs, subdi
tis eorumq; laboribus, censibus, dationibus,

Commodis

commodis et emolumentis, attinentijsq; et
pertinentijs universis, nullis penitus excep-
tis ambo in solidum teneant, habeant et
possideant, ad extrema vitæ eorum tempora.
Promittimus autem pro Nobis et Sermis
Successoribus Nostris, non esse Nos, Sermosq;
Successores Nostros prænominatos Gnosos
Joannem Jacobum, et Christinam Gottlieb
de Braun Mangetow Conjuges ab usu et pa-
cifica possessione dictæ Villæ Liwald ali-
as Rywald amoturos, aut alienaturos,
neq; amovendi aut alienandi cuipiam po-
testatem daturos, sed Salvum et integrum
jus Advitalitium illorum conservaturos;
Quod et Sermi Successores Nostri præsta-
bunt. Ratione cujus Advitalitatis Quar-
tam Proventuum partem juxta præscriptum
Legum Ravam quotannis ad Thesaurum
Regni statutô tempore inferre tenebuntur.
Juribus Nostris Regalibus, Reipublicæ Ec-
clesiaq; Romano Catholicæ salvis ma-
nentibus. In quorum fidem præsentes ma
nu Nostra subscriptas, Sigillô Regni com-
muniri jussimus. Datum Varsaviæ Die
XV. Mensis Maij Anno Dñi MDCCLVII.
Regni verò Nostri XXIV anno. Villa Liwald,

alias

alias Rywald Viginti Quatuor Mansos in se continens, in Palatinatu Culmensi jacens, post fata Magnifica Constantiæ de Gminskie Czapska Palatinæ Pomeraniæ, sive quomodocunq; vacans, Gnōsis Joanni Jacobo de Manget Majori Regiminis Pedestris Guardiæ Regni et Christinæ Gottlieb de Braun Conjugibus confertur. Augustus Rex. Locus Sigilli Majoris Cancellariæ Regni. Adalbertus Rakowski Pocillator Terræ Viznen. Sigilli Majoris Regni Secretarius. A tergo verō harum Literarum verba sequuntur. Cancellariatu Illrmi et Excellmi Dñi Joannis Comitis in Konskie et Biataczow a Matachowice Matachowski Supremi Regni Cancellarij, Ostrołęcen. Bucznovien. etc: Capitanei Sigillatum Luas ejusmodi Literas, sic ut præmissum oblatas, Nos ad Acta præsentia Metrices Regni Suscipi, ijsdem inseri, et Parti postulanti authenticè extradi, Originale rursus restitui Offerenti, permisimus. In quorum etc. Actum et Relatio ut Supra.

Actum Varsaviæ Sabbathō
Pridie Festi Srīæ ac Individuæ
Trinitatis Die scilicet Quartā
Mensis Junij Annō Dñi 1757.

Quietat

Quietat Nblis Meynoné Gnõsum Ru-
dzinski Capitaneum Chencinen de
certo Scripto ejusq; Roboratione.

Augustus III etc:

Significamus etc: Quomodo coram No-
bis Actisq; presentibus Metrices Regni
Cancellarie Nostre Majoris personaliter
comparens Nobilis Franciscus Meyno-
ni sanus mente et corpore existens, à Jo-
ro et Jurisdictione Sua quavis propria
et competenti recedendo, presenti verò No-
stre Regie Jurisdictioni se cum Bonis
suis generaliter omnibus subjiciendo et
incorporando sponte palam libere acper
expressum recognovit, presentibusq; re-
cognoscit. Quia Ipse Generosum Micha-
elem Rudzienski Capitaneum Chencinen-
sem tam de certo scripto hic Varsavie Sab-
batho post Festum Sancti Martini Epi
scopi proximo, Die scilicet Decimâ Se-
xtâ Mensis Novembris Anno Domini
Millesimo, Septingentesimo, Quinqua-
gesimo, Quarto, in rem et personam
sui Recognoscentis dato, Manu predicti
Gnõsi Rudzinski subscripto, et Sigillo
gentilitio

gentilitiõ in cera rubra hispanica expreſ=
sõ, communito, damnisq; Terrestribus
vallato, quam de Robbratione dicti
scripti coram Actis presentibus Metri=
ces Regni Cancellarice Nostre Majoris
itidem hic Varsavie Die et Anno supra
expressis subsecuta, ob prestitam sibi
satisfactionem plenariamq; memorati
scripti adimpletionem, quietat, liberum et abso:
lutum mittit, nihil sibi suisq; Successoribus
ad sepefatum Gnõsum Michäelem Rudzinski
et Ejus Successores quidquam Juris vel cujus=
vis pretensionis ratione prememorati Scri=
pti, Ejusq; Roborationis reservando, sive quo=
quo modo excipiendo. Hac sua personali reco=
gnitione ad premissa mediante, in Forma
alias Quietationis plenissima et de Jure per=
fectissima. Quam Idem Recognoscens ma=
nu propria subscripsit. Franciszek Mayno
ne. Quam ejusmodi Quietationem sicut
premissum factam et recognitam, Nos ra=
tam, firmam, ac de Jure validam habentes,
habericq; ab omnibus volentes, eam ad Acta
presentia Metrices Regni suscipi, ijsdem inse=
ri et Parti postulanti Authenticè extradi per=
misimus.

missimus. In quorum etc: Actum et Relatio
ut supra.

Actum Varsaviæ Feriâ Se-
cundâ in Crastino Festi-
Sm̃æ ac Individuæ Trini-
tatis Die scilicet Sextâ Men-
sis Junij Annõ Dñi 1757.

Roborat Gnõsus Capitaneus Chencinen. Scri-
ptum certum Nbũs Meynonim Conjugibus
Serviens. Augustus Rex:

Significamus etc: Quomodo coram Nobis Ac-
tisq̃ præsentibus Metrices Regni Cancella-
riæ Nostræ Majoris personaliter comparens
Generosus Michäel Rudzinski Capitaneus
Chencinensis sanus mente et corpore existens
a Foro, et Terris, Districtibus et Jurisdictione
sua quavis propria et competendi recedendo,
præsenti vero Nostræ Regiæ Jurisdictioni se
cum Bonis suis generaliter omnibus subij
ciendo et incorporando, sponte palam, liberé
ac per expressum recognovit, præsentibusq̃ re-
cognoscit. Quia Ipse suo, et Generosæ Elisa-
bethæ de Lotockie Consortis, sub s: pro cujus ra-
tihabitione solenniter cavet, præsentibusq̃ se in-
scribit: s/nomine, Obligationem certam hic Var-
saviæ Die Quarta Mensis et Anni nunc cur-

rentium

rentium Nobilibus Francisco et Annæ Meina-
nim Conjugebus super Summam Triginta Sex
Millium florenorum polonicalium datam, ac
Servientem, manibûs sui Recognoscentis, præ-
tactaq; Generosæ Consortis Suæ subscriptam, et
Sigillô gentilitiô in cera rubra hispanica ex-
pressô communitam, vadiô Triginta Sex Mil-
lium floren polon firmatam, in omnibus
punctis, clausulis, articulis, nexibus, condi-
tionibus, et ligamentis roborat, approbat,
confirmat ac ratificat, Eidemq; Obligatio-
ni tam in toto, quam in quavis minima parte
stare, et Satisfacere, se cum Suis Successoribus
submittit ac præsentibus obligat, Idq; sub Va-
dio Suprascripto Triginta Sex Millium flore-
norum polonicalium in Casu præmentiona-
tæ Obligationi non Satisfactionis, vel in ali-
quo puncto non adimpletionis, aut contraven-
tionis irremissibiliter in quovis Foro et Ju-
dicio repetendo, vindicando, ac succumben-
do. Hac sua personali Recognitione ad præ-
missa mediante. In forma alias Roboratio-
nis Obligationis plenissima, et de Jure perfe-
ctissima. Quam Idem Gnōus Recognoscens
Manu propriâ subscripsit. M Rudzienski Schmp

Quam

Quam ejusmodi Roborationem sic ut præmissum factam ac recognitam, Nos ratam firmam, ac de Jure validam habentes, haberiq̃ ab omnibus volentes, eam ad Acta præsentia Metrices Regni Nostri suscipi, ijsdem inseri et Parti postulanti authentice extradi permisimus. In quorum fidem etc: Actum et Relatio. ut supra.

Sub Eodem Actu

Quietat G. Tworowicz Nōlem Greyberowa Viduam.

Augustus III etc:

Significamus etc: Quomodo coram Nobis Actisq̃ præsentibus Metrices Regni Cancellariæ Nostræ Majoris personaliter comparens Generosus Carolus Tworowicz Colonellus Exercitus Nostri sanus mente et corpore existens, a Foro, Terris, Districtibus, et Jurisdictione Sua quavis propria et competenti recedendo, præsenti vero Nostræ Regiæ Jurisdictioni secum Bonis suis generaliter omnibus subjiciendo et incorporando, sponte, palam, libere ac per expressum recognovit, præsentibusq̃ recognoscit. Quia Ipse de Summa residuali, quæ et quanta Ipsi a Nobili Magdalena Greyberowa olim Nobilis Bartholomæi Greyber

Consorte

consorte abrenuntiata derelicta Vidua, ex Ori:
ginali Summa Ducentorum Aureorum
hungaricalium in pignus concredita prove:
nerat, ob praestitam ejusdem Summa residu:
alis Satisfactionem, et ejusdem realem exo:
lutionem, dictam Nobilem Magdalenam
Greyberowa, Illiusq̃ Successores quietat, et
absolutam mittit, nihil sibi, suisq̃ Succesori:
bus ad Eandem tam respectu memorate
Summa, quam et quarumcunq̃ praetensio:
num usq̃ ad Diem hodiernam interceden:
tium cujusvis pratextus, et Tituli reservan:
do, vel excipiendo, Processus quosvis Eidem
Quietatæ ad quodvis Forum et Judicium
institutos, tum obligationes quasvis, tam
ejusdem Nobilis Quietatæ, quam defuncti
Mariti Ejus, cum Oblata coram Actis Ca:
strensibus Varsaviensibus Mense Majô
proxime praeteritô, anno ad praesens curren:
ti facta, cassat, anihilat, et mortificat, per:
petuumq̃ sibi, ac Suis Successoribus respe:
ctu quarumcunq̃ praetensionum imponit
Silentium. Hac Suâ personali recognitio
ne ad premissa mediante. In forma Ali:
as Quietationis plenissima et de Jure per:

fectissima

fectissima. Quam fidem Generosus Recognoscens manu propriâ subscripsit. Carolus Tworowicz mpp Quam ejusmodi Quietationem sic ut praemissum factam et recognitam, Nos ratam, firmam, ac de Jure validam habentes, habericq; ab omnibus volentes, eam ad Acta praesentia Metrices Regni Suscipi, ijsdem inseri, et Parti postulanti authentice extradi permisimus. In quorum fidem etc: Actum ut Supra, Relatio Ejusdem Illrmi et Excellmi Domini Supremi Regni Cancellarij.

Actum Varsaviae Feriâ Tertiâ intra Octavas Sacratissimi Corporis Christi Domini Die scilicet Decimâ Quartâ Mensis Junij Anno Dñi Millesimo Septingentesimô Quinquagesimô Septimô.

Constituit Plenipotentes Mfca Ducissa Czartoryska Castellana Wilnensis.

Augustus III Rex

Significamus etc: Quomodo coram Nobis, Actisq; praesentibus Metrices Regni Cancellariae Nostrae Majoris personaliter comparens Magnifica Isabella de Morsztyny,

olim

olim Magnifici Casimiri in Klewan et
Zukow Principis Cartoryski Castellani
Vilnensis Consors relicta Vidua sana men-
te et corpore existens, a Foro, Terris, Distri-
ctibus et Jurisdictione sua quavis pro-
pria et competenti recedendo, praesenti ve-
ro Nostra Regia Jurisdictioni se cum Bo-
nis Suis generaliter omnibus subijcien-
do et incorporando, sponte, palam, libere
ac per expressum recognovit, praesenti-
busq; recognoscit. Quia ipsa Genero-
sos Hiacynthum Bialochowski Com-
missarium Suum, Nicolaum Twarowski Ca-
merarium Granicialem Lublinen, Symonem
Wroblewski, Lucam Kozlowski Secretarium
Nostrum, Alexandrum et Ejus Fratrem
Pniewskie, Jacobum Muszczynski, Jaco-
bum Skrzynski, Adalbertum Radzikowski
Andream Jaszewski, Michaelem Golawski,
Thadeum ac Suum Fratrem Rycharskie
in suos veros, legitimos, ac indubitatos,
Plenipotentes, eligit, constituit, declarat,
et solenniter ordinat, dans et concedens -
Ipis, tam distinctim, quam conjunctim
plenariam facultatem, omnimodamq;
ac absolutam potestatem Causas Suas Re-

cognoscentis

cognoscentis generaliter omnes Judiciarias
et extrajudiciarias cum quibusvis Personis,
occasione cujusvis negotij, in Omni Officio
et Judicio tam Regni, quam M. D. Litt.ae, Ma
joris, Minorisve Subsellij, nec non Tribuna-
lis Regni Petricovien., sive Lublinen., Ma-
gnique Ducatus Lithuaniae, habitas et ha-
bendas, instituetas et instituendas, promo-
vendi, defendendi, Juramenta attentandi,
penas Judiciarias levandi, et percipien-
di, de levatis et perceptis quietandi, Intro
missiones offerendi et apprehendendi,
executiones urgendi, Decreta Suscipiendi,
a Contrarijs appellandi, Caeteraq; pro Cau-
sarum exigentia peragendi, et exequendi,
Soli vero memorato Generoso Hiacyntho
Bialochowski Commissario Suo Contractus
ac Transactiones quasvis nomine Sui Re-
cognoscentis ineundi, conscribendi, robo-
randi, et coram Actis quibusvis authen-
ticis Regni recognoscendi, summas le-
vandi, de levatis quietandi, alios Plenipo-
tentes cum simili vel limitata facultate
constituendi, et inscribendi: offerendo se,
quidquid per praenominatos Plenipoten-

tes

tes Juridicè et legitimè peractum fuerit, id.
omne pro rato et grato suscepturam. Quam
Plenipotentiam ad Triennium duraturam,
Eadem Magnifica Recognoscens manu pro:
pria subscripsit. J. X. Czartoryska K. Wi:
lenska. Quam ejumodi Plenipotentiam
sic ut premissum factam et recognitam, Nos
ratam firmam, ac de Jure validam habentes,
habericj ab omnibus volentes eam ad Acta
presentia Metrices Regni suscipi, ijsdem in:
seri, et parti postulanti authenticè extradi
permisimus. Jn quorum fidem &c. Actum
et Relatio ut supra.

Sub eodem Actu.

Oblàta Commissionis Granicialis in:
ter Bona Ujazdow Hæreditaria et
Oppidum Sollec seu Solczyk, et alios fundos
ad Civitatem Antiquæ Varsaviæ spectand.

Augustus III do.

Significamus &c. Quomodo coram Nobis Actisq
presentibus Metrices Regni Cancellariæ
Nostræ Majoris personaliter comparens
Nobilis Josephus Checki Civitatis Anti:
quæ Varsaviæ Syndicus, obtulit ad Acti:
candum, Actisq ijsdem Metrices Regni:
Cancellariæ Nostræ Majoris inscriben:
dum Literas Originales Actus Commis:

sorialis

sorialis dislimitationis Bonorum Uja:
Zdow, a Bonis Solec alias Solczyk ac alijs,
ad Varsaviam sitis, per certos Commissa:
rios, Decretô Judiciorum Nostrorum Ass:
essorialium Varsaviæ Feriâ Quartâ
post Dominicam Reminiscere Quadra:
gesimalem proximâ, Die scilicet Decimâ
Septimâ Mensis Martij. Annô proxi:
mô præteritô Millesimo Septingente:
simô Quinquagesimô Sextô lato, ad id
deputatos et designatos, in fundo contro:
verso videlicet Domo Laźienki nuncupa:
ta, ad Bona Hæreditaria Ujazdow perti:
nente, Feriâ Secundâ post Festum Visita:
tionis B^æ V^is. Mariæ proximâ Die scilicet
Quintâ Mensis Julij. Annô prædictô. Mil:
lesimo Septingentesimô Quinquagesimô
Sextô expediti, Manibûs memoratorum
Commissariorum Nostrorum subscriptas
et Sigillis Gentilitijs in cera rubra hispa:
nica expressis communitas, jam alias coram
Actis Officij Consularis Civitatis Antiquæ
Varsaviæ Feriâ Sextâ ante Festum San:
cti Thomæ Apostoli proximâ Die Decimâ
Septimâ Mensis Decembris Annô eodem
Millesimo

Millesimõ, Septingentesimõ, Quinquage-
simõ, sextõ, tum Actis Judicij Advocatia-
lis et Scabinalis dictæ Civitatis Antiquæ
Varsaviæ Feriâ Tertiâ post Festum Circum-
cisionis Christi Domini proximâ, Die Quar-
tâ Mensis Januarij Anno nunc currenti
Millesimõ Septingentesimõ Quinquage-
simõ Septimõ, oblatas, sanas, salvas, et
illæsas, omnigq; prorsus suspitionis nota
carentes tenoris sequentis. Actum in
Domo Łazienki nuncupata ad Bona
Ujazdow pertinente, uti loco commodiore
prope fundum controversum extante Fe-
riâ Secundâ post Festum Visitationis Glo-
riosissimæ Virginis Mariæ proximâ, Die
scilicet Quintâ Mensis Julij Annõ Domi-
ni Millesimõ Septingentesimõ Quinquage-
simõ Sextõ. NOS infrascripti Commissarij
S.ae R.ae Mttis Decretõ Judiciorum Assesso-
rialium Sacræ Regiæ Majestatis Feriâ
Quartâ post Dominicam Reminiscere
Quadragesimalem proximâ, Die scilicet
Decimâ Septimâ Mensis Martij, Anno cur-
renti inter Nobiles et Spectabiles Procon-
sulem, Consules, totumq; Magistratum,
Ordines et Communitatem Civitatis An-
tiquæ

tiquæ Varsaviæ Actores Principales ab una,
atq; Illustres Magnificos Elisabetham Lubo:
mirska olim Illustrissimi Domini, Theodo:
ri Sacri Romani Imperij Principis Lubo:
mirski Palatini Cracoviensis Consortem Vi:
duam Matrem, tanquam Bonorum Ujaz
dow. Advitalitiam Possestricem, et Jaspa:
rum Lubomirski Filium uti Haeredem Cita:
tos et Judicentes ab altera, tum Religiosos
Rectorem, Vice Rectorem, totumq; Collegi:
um Varsaviense Scholarum Piarum Ci:
tatos, et Actores extertia Partibus prolato,
assignati et deputati. In Termi
no Decreto eodem Sacræ Rae Altis prae:
fixo, tum ex Innotescentialibus Literis ad In:
stantiam Nblis et Spblis Magistratus Civi:
tatis ejusdem Antiquæ Varsaviæ Princi:
palium Actorum contra supramemoratos
Citatos emanatis, et legitime prout Rela:
tio Coram Actis Consularibus Civitatis An:
tiquæ Varsaviæ Feria Secunda in Vigilia
Festi Sanctorum Petri et Pauli Apostolo:
rum, Die Vigesima, Octava Mensis Junij
Anno praesenti recognita, obloquiturq; in:
timatis; nec non seorsiva Advitatione
Collateralium coram ijsdem Actis
Consularibus

Consularibus. Sabbathõ in crastino Je:
sti Visitationis B.a V.is Mariæ Die Tertiã
Mensis et Anni currentium, recognita,
incidente, ad locum supra in Actu specifi:
catum condescendimus. Et inhærendo-
Decreto S.æ R.æ Majestatis, s: quo mediante
quatenus pro Termino superius præfixo
ad Fundos controversos condescenderemus,
et ante omnia Privilegia, Jura, et quævis
Literatoria Documenta ad fundos Solec,
sive Solczyk et Belg servientia Partibus
super illis controvertentibus produceret ju:
trutinaremus, cognotaremus,
jungeremus, ea perlegeremus, Visionem Fun:
dorum Omnium controversorum peragere:
mus, Jndagationem de pertinentia eorum,
tum limitibus ac signis granitialibus-
antiquis s: si quæ apparuissent, ac adinveniri
possent: / faceremus; Inquisitionem eo no:
mine s: si necessitas exigisset: / expediremus, hãs
peractis de legalitate Juriium ad fundos
eosdem productorum, cuinam Partium fundi
controversi competerent. agnosceremus, eosq.
adjudicaremus, et in possessionem tradere:
mus, eosdem fundos restitutos, si limitibus

antiquis̃ carerent, a vicinis fundis dislimi-
taremus, aliisq; signis granitialibus distin-
gueremus, calculum de usu fructu ex Bonis
nullo Jure possessis exciperemus, damna in
arboribus excisis causata liquidare, mandare-
mus. In punctis quoq; facti Inquisitionem
expediremus, atq; prætensiones Illis Ma-
gnifica Palatina ad Civitatem habitas, &
è converso discuteremus, satisfactionem
Parti per Partem prastari, injungeremus,
totumq; negotium pro Justitia sinaliter
salvâ Appellatione à sola Definitiva
Nostra Sententia ad Judicia Sae Qe Mtis ma-
riente: / decideremus, prout latius de præmissis
idem Decretum Sae Rae Mtis obloquitur, No-
bis commissum est, Actum Nostrum Commis-
sorialem, Ministeriali J. Rñi Gnali Nobili-
Christophoro Petrzykowski Judiciorum Sae Rae
Mtis Apparitori per Nos adhibito proclama-
re, ipsasq; Partes ad præsentiam Nostram ac-
clamare demandavimus. Post quam Actus
Nostri proclamationem, et Partium acclamatio-
nem. Cum Partes eædem utpote Nobilis ac Spblis
Magistratus, Ordines et Communitas Civitatis

Antiquæ

. Antiqua Varsaviæ per Nbles ac Spbles Pau:
lum Andrychowicz Proconsulem, et Joan:
nem Szyndler Consulem et Thesaurarium, atq;
Artum . Stanislaum Szymanski Seniorem sol:
legij Duodecem Virorum suo, et totius Civi:
tatis nomine personaliter, Illres et Magnifi:
ci Elisabetha Mater Vidua, et Gaspar Fi:
lius Lubomirskie, per Magnificum Petrum
Celestinum Lapolski Tribunum Terræ Cer:
nensis, Religiosi Rector, Vice-Rector, to:
tumq; Collegium Varsaviense Scholarum
Piarum per Religiosum Cyrillum Winiar:
ski Procuratorem Collegij tanquam princip:
liter secum agentes, Venerabiles vero Præ:
positus, Vice-Præpositus, ac Tota Domus Congre:
gationis Missionis Varsaviensis, tanquam col:
laterales adcitati, per Venerabilem Floria:
num Gnuszewicz Procuratorem ejusdem Do:
mûs Missionis personaliter coram Nobis com:
parerent. Nos Commissarij S.R. Mtis
prævia fundatione Jurisdictionis Nostræ com:
missorialis, conformando Nos ad præscriptam
in Decreto S.R. Mtis regulam, ante omnia
Jura quævis, et Documenta ad fundos contro:

versos

versos Nõli et Spõli Magistratui producere
mandavimus. Produxit itaq; Nõlis
ac Spõlis Magistratus 1mo. Privilegium
Originale in pargameno olim Illrmi Dñi Joan:
nis Ducis Masovia in Anno Millesimo
Trecentesimo Octuagesimo Secundo in Var:
savia Feriâ Secundâ in Pentecosten, quo Ven:
ditio Hereditatis Solec dicta, prope Varsaviam
situata per Nobilem Virum Gaborko Pincer=
nam Ravensem et Haeredem in Kruszyna
in presentia ejusdem Illrmi Ducis et Ipsius
Vasallorum in personam Honestorum Petri
Brun Varsaviensis, et Nicolai Panczotka
Ravensis Civium recognita approbatur. 2do
Sub eodem Actu et Anno coram Illmo eodem
Dño Duce ac ejus Vasallis Donationem prædi:
cta Hæreditatis Solec à Nobili Gawerkone em:
pta, per eosdem Cives Brun et Panczotka in rem
Civium Varsaviensium cum omnibus attinen:
tijs gadibus, prout ab antiquo eadem Hæreditas
in suis metis granitijs, et terminis limitata &
circumferentialiter undiq; distincta erat, fa:
ctam, quam Donationem idem Illrmus Domi=
nus

nus Joannes Dux approbavit, Jus Theuto:
nicum quod Culmense dicitur, et quo Civi:
tas utebatur dedit, a Collectis contributio:
nibus, et angarijs liberavit, a Jurisdictioni:
bus quibusvis Incolas in eadem Hareditate Sctos, exemit, ejsdemq; Civibus intra limi
tes premissa hereditatis degentibus,
Jurisdictionem tribuit, ac alias libertates
contulit, 3tio. Privilegium Locationis
Civitatis Antiqua Varsavie Illrmi Dni
Joannis Senioris Ducis Masovie Anno
Millesimo Quadringentesimo Decimo Tertio
in Czersko, Die Dominico infra Octavas As:
censionis Domini. Quo Privilegio pie me
moratus Illrmus Dux Civitati ejdem ad:
junxit villam Solec vulgariter dictam,
quam villam gaudere eodem Jure in omni:
bus suis articulis, quo ipsa Civitas fruebat
tur, et gaudebat, permisit. 4to Privile:
gium memorati Illrmi Dni Joannis Se:
nioris Ducis Masovie de Anno Mille:
simo Quadringentesimo Decimo, ipso die
Sancti Valentini Martyris Gloriosi col:
latum; quocum Civitas antique Varsa:
vie villam Solec in alium locum trans:
locare intenderat; singulis Villanis trans:

locandi

locandi ad tres annos, aliò vero advenientibus
ad Annos quinque data fuit libertas ab-
omnibus & Solutionibus, Censibus et da-
tÿs. 5to. Privilegium Illrmi Dni Bole-
slai Ducis Masovia de Anno Millesimo
Quadringentesimo Septuagesimo Quar
to Varsavia Feria Quinta ante Festum
Sancti Stanislai, quo Civitati Varsavien si
Caudam Vistula, dictam Zacha, quae in pra-
ta Civilia violenter eripuerat, et emanuerat,
post obstaculum novum alias Fama Su-
perius Vistula Solec ipsius Civitatis jacen-
tem sub Muschawa stam, in longum, et
latum, cum libera piscatione perpetuo do-
naverat. 6to Privilegium Sermi Sigis-
mundi Regis Cracovia in Conventione Ge-
nerali in anno Millesimo Quingentesi
mo Vigesimo, Septimo, Feriâ Tertiâ post Do-
minicam Latare proximâ, emanatum,
quõ Privilegiõ confirmatur Privilegium Lo-
cationis Civitatis per Illrmum Dominum
Joannem Seniorem Ducem Masovia Anni
Millesimi Quadringentesimi Decimi Ter-
tij datum, cum specifica adjunctione Villa
Solec Civitati et Libertatibus Ÿsdem Ori-
ginaliter

ginaliter concessis. 7mo. Juramentum
Villanorum Solecensium in Curia Re-
gia Varsaviensi Feriâ Tertiâ post Domi-
nicam Reminiscere Quadragesimalem
proximâ, Annô Millesimô Sexcentesimô
Sexagesimô Tertiô prestitum. 8vo Con
tractum inter olim Illrẽmum & Excellmum
Dñum Maximilianum Comitem de Je-
czyn Ossolinski Thesaurarium Curiæ Re-
gni, et Mayſcum Sebastianum Rybczynski
Notarium Decretorum Curiæ Regni tan-
quam Commissarios Sermi piæ memoriæ
Augusti Secundi Regis ab una, atq; Nblem
ac Spectabilem Magistratum et Ordines
Civitatis Antiquæ Varsaviæ parte ab alte-
ra, in Annô Millesimo Septingentesimo Vige-
simo, Die Septima Maij initum, quo Civitas
Prædium suum Patrimoniale Szulczyk dictum
cum omnibus ejus attinentijs et pertinentijs
in Inventario seorsivo specificatis prousui pre-
libati Sermi Regis titulô Arendæ annua-
lis pro Summa Quadringentorum Floreno-
rum Polonicalium dimiserat. Et 9no Con
tractum inter Jnõsum Petrum Baronem

de Riacour Consiliarium S.a R.a Mtis,
tanquam Illr̃mi et Excellmi Domini Hen-
rici Comitis de Bzr̃uchl Primarij Minis-
tri Statũs Saxonici Plenipotentiarium ab-
una, atq; Nobilem ac Spblem Magistra-
tum et Ordines Civitatis Antiquæ Varsa-
viæ parte ab altera, in Anno Millesimo
Septingentesimo Quadragesimõ Nonô
Die Vigesima Quarta Mensis Aprilis
conclusum, quo Contractu Civitas eadem
Villam Szulczyk suam propriam et Patri-
monialem cum omnibus ejus attinentijs
ac pertinentijs, et cum Belk in trienna-
lem possessionem sub certis conditionibus
dimiserat. Post quorum Jurium à Ci-
vitate productionem, cum ex Parte Hære-
dum Ujazdowiensium proprietas Villæ Szul-
czyk & Belk Civitati non impugnabatur, solum-
modo, quod fundus controversus non intra gra-
nicies Solecenses, sed intra limites Ujazdovienses
comprehendebatur, et ad Bona Ujazdow spe-
ctabat, inferebatur, neq; se teneri ad productionem Jurium
ex parte Civitatis prætensam, ex quo sola pacifica pos-
sessio adstruendam Civitatis simplicem allegationem sufficiat,

replicabatur

replicabatur. Nos Commissarij Sd Regiæ Mttis perpensis supradescri
ptis Juribus pro Parte Civitatis Antiquæ Varsaviæ productis. Quandoquidem exte:
nore eorum, uti solam generalitatem in
se complectentium de speciali Situ gra:
nitierum Szulczyka informari nequivi:
mus, Ideo suspensâ productione Juri:
um ab Haredibus Ujazdovienvibus, pro:
ut Civitas affectat, faciendâ, ad expedien:
dum Ductum ex parte Civitatis Nos
contulimus, et Civitati Eidem Antiquæ
Varsaviæ Suum Ductum inchoare de:
mandavimus. Tandem Nobilis Magis:
tratus Ductum suum ab angulo Fundi
Solecensis, pro Oeconomia Sd Rae Mttis
per se contractu certo dimissi, sepimen:
toq̃ ligneo circumsepti, ex opposito fun:
dorum Illtris Magnifici Sutkowski Ve:
natoris M. D. Litt: jacentis, quos utrosq̃
fundos via publica ad Vistulam tendens
intermediat, allegando ibidem Suam Ac:
alitatem inhoavit. Protestatus est Ma:
gnificus Plenipotens Haredum Ujazdo:
vienſium contra inchoationem premissi

Ductus

Ductus de nullitate ejus, ex eo quod nulla
signa granitialia in hoc loco Civitas de-
monstravit, neq; pretensa Acialitas ab
Illri Magnifico Sulkowski tanquam col-
laterali agnoscebatur. Reprotestatus
est Nobilis Magistratus de legitima
inchoatione Ductus ex eo: quod fundus
Solecensis a Quo erat in possessione Ci-
vitatis, et Contractibus in arendam Va
rijs Possessoribus dimissus, et Collatera-
lis Hæres contiguorum fundorum, aci-
alitatem hanc non impugnabat. Re-
protestabatur similiter idem Magni-
ficus Plenipotens Hæredum Ujazdovi-
ensium, allegando Illrem Magnificum
Sulkowski Collateralem neq; adcitatum
neq; avisatum fuisse per Civitatem, tali-
terq; de prefato Ductu ignorare. Re-
plicavit Nobilis Magistratus non fuis-
se necessariam agnitionem acialitatis Col-
lateralis Hæredis, adeoq; et Ipsius Adci-
tationem. Post hæc Nobilis Magis-
tratus Ductum ulteriorem continuan-
do, et viam eandem inter fundos Solecen-
ses et Illris Mgfci Sulkowski protenden-

tem

tem transcendendo per montem ex argilla si-
patum, adduxit ad viam ex Nowy Swiat-
tendentem, cum priorig via coeuntem,
quam itidem transcendendo devenit ad se-
mitam inter montem et agros semina-
tos existentem, qua pervenit ad fundos
prope Laterificium Possessionis Rndorum
Missionariorum, ubi in ipsa acialitate
prafati Reverendi Missionarij per No-
bilem Joannem Bykowski protestati
sunt super eo: Quod Nobilis Magis-
tratus Ductum Suum per fundos corun-
dem Rndorum Missionariorum pro-
prios peregerat. Reprotestabatur No-
bilis Magistratus, dicens fundum per
Quem ad Laterificium idem duxerat
per Rndos Missionarios usurpative
possideri, ad Solec vero spectare. De-
mum in Continuatione ulterioris Ductus
Nobilis Magistratus adduxit ad Ipsum
Laterificium Rndorum Missionariorum,
et per Meditullium ejusdem eundo ad
fundos sub monte a tergo Domus ja
centes pervenit. Protestabatur hoc lo-
co idem Nobilis Plenipotens Rndorum

Missiona:

Missionariorum de indebita per Civitatem
tam Laterificij, quam Domus suorum
Principalium usurpatione et ductus per-
actione. Reprotestatur Nobilis Magi-
stratus allegans tam et Laterificium,
quam et fundos nullo Jure per Rndos
Missionarios Possideri. Denuo Nblis
Magistratus Ductum sub eodem moni-
te continuando, devenit ad fundos ater-
go Domus Laterificij Rndorum Missio-
nariorum ubi Censita habitant, et trans-
eundo ad aliud Laterificium eorundem
Rndorum Missionariorum ex opposito
agri Advocatialis in ipso monte jacen,
limites suos habeñ, constructum, alle-
gando illud in fundo Solecensi positum.
Protestatus est idem Nobilis Plenipo-
tens Rndorum Missionariorum de nul-
litate Ductus, atq; indebita fundi Suo-
rum Principalium proprij per Civitatem
usurpatione. Reprotestatus est No-
bilis Magistratus allegans firmiter
omnia ædificia Rndorum Missionario
rum in fundo Solecensi extructa esse,
Ulteriorem Ductum Nobilis Magistra-
tus

tus continuando adduxit ad Domum
et Laterificium Rnd̃orum Patrum Scho:
larum Piarum, allegando hæc omnia
in fundis Solecensibus constructa esse.
Protestatus est Admodum Rnd̃us ac
Religiosus Rector dicti Collegij, denul:
litate Ductus, fundiq; sui proprij per Ci:
vitatem sibi Vendicatione. Protesta:
tus est quoque Mg̃cus Plenipotens Ha:
redum Ujazdoviensium in eo; Quod Ci:
vitas Ductum suum ad Laterificium
Collegij Scholarum Piarum formando,
eundem per fundos Ujazdowa peregit,
præcustodiendo ne exinde nulliter avel:
lantur. Reprotestatus Nobilis Ma:
gistratus ductui suo inhæsit ulterius
deducendo Idem Nobilis Magistratus
devenit ad fundos sub monte a tergo La:
terificij Rnd̃orum Patrum Scholarum
Piarum sitos ex opposito fundorum Uja:
zdoviensium superius in monte situato:
rum suisq; metis distinctorum, allegans
hosce fundos submontanos indebite sibi
ademptos. Protestatus est Magnificus
Plenipotens Haeredum Ujazdowa dicens

Civitatem nullo Jure hosce fundos per Hæredes Ujazdovienses possessos sibi prætendere, ac Ductum illegitime formare, allegavitq; se Documenta habere, illaq; suo loco se producturum obtulit. Reprotestatus Nobilis Magistratus de avulsione a Solec horum fundorum. Ab his fundis controversis Nobilis Magistratus Ductum ulteriùs formando de monte per viam stratam inferius descendentem, viam antiquam Czerniakoviensem attingentem, eâdem viâ antiquâ devenit versus sepimenta ad parvam vallim, exinde a dextra parte eâdem viâ antiquâ Czerniakoviensi duxit ad rudera muri fundos Ujazdovienses et Solecenses: ut asserebat: intermediantia. Protestatus est Magnificus Plenipotens Hæredum Ujazdowa de nullitate ejusdem Ductûs. Reprotestatus Nobilis Magistratus, et firmando suum ductum allegavit, quod rectilinio et signis naturalibus à via publica antiqua Czerniakoviensi ad angulum riderum muri in granicebus situati, fundosq; Ujazdovienses circumdantis et fundos Solecenses inante dislimitantis

mitantis

mitantis duxerat, à quibus ruderibus muri
ulterius per bina circiter stadia gradiendo,
adduxit ad Vallim et Canalim sive fossam,
quâ transmeatâ devenit ad alia rudera
muri antiqui, circa quem viâ antiquâ Zer-
niaKoviensis protendebatur, abijsdemq;
ruderibus muri viâ antiquâ desertâ con-
× tinuavit Ductum suum per Eremitorium
à parte dextra ad Septemtrionem situm,
ijsdemq; ruderibus devenit ad murum fir-
mum, fundos Ujazdovienses et Solecen-
ses, ut asserebat, dislimitantem, et ulterius
procedendo penes eundem murum, sub quo
Domus Ujazdoviensis extructa in eodem
muro posita, à parte sinistra, à fundis
Solecensibus à cornu ejusdem Domûs
murata, rectè procedendo, duxit ad Termi-
num in quo Pars bastionis extabat, quem
pro pariete fundos Solecenses tangente, dice-
bat et ab hac bastione ad Fundos Solecen-
ses vertendo se ad dextram partem, penes
fundos Civitatis parietaliter sumptos, com-
monstravit, murum ulterius se extendentem

in quo Ductu suo incipiendo à prædicto ædi:
ficio murato, ad Terminum Bastionis, repræsen:
tavit in fundo Ujazdoviensi Tilias excel:
sas, in fundo vero Somelecensi minuitiores
recentius excretas, et in hoc Termino ductum
suum determinavit. Protestatus est Ma:
gnificus Plenipotens Hæredum Ujazdovien:
sium de nullitate Ductûs præmissi, uti docu:
mentis non fulciti, tum de usurpatione per
Eundem, fundorum Ujazdoviensium, et in con:
trarium Jura sua circa ductum proprium se ex:
hibiturum obtulit. Reprotestatus Nobilis
Magistratus de legimitate sui Ductus, et de:
monstratione Signorum antiquorum Grani:
tialium quodq; in possessione Civitas. horum
fundorum in ante erat, se probaturum declara:
vit. Post quem determinatum ex parte No:
bilis ac Spectabilis Magistratus Ductum,
Quoniam tam Magnificus Plenipotens Hære:
dum Ujazdoviensium quam et Collegium
Scholarum Piarum, eundem impugnârunt, quodq;
cum notabili injuria per fundos eorum proprios
peractus esset, conquerulati, et nullis Documen:
tis.

tis legalibûs fulcitus, intulerunt, et ad Duc-
ctum pro sui parte in fundamento Jurium
quæ habere allegabant, expediendum pro-
vocarunt. Idcirco Nos Commissa-
rij S.ae R.ae Majestatis suspensâ resolutione
legalitatis nec ne? Ductus Civitatis, re-
solvendo suspensam productionis Jurium
ex parte collitigante faciendæ, teneri Ma-
gnificum Plenipotentem Hæredum Ujazdo-
viensium, et Collegium Scholarum Piarum
Jura sua producere demandavimus. Cui
Decreto Nostro satisfaciendo Magnificus
Plenipotens Hæredum Ujazdoviensium pro
Parte eorundem produxit Jura sequentia Imo
Visionem Granitierum inter Bona Szolec Ci-
vitatis Antiquæ Varsavia et Ujazdowa pro-
tunc Ducalia per Nobilem Trojanum de-
Reguly Præconem Varsaviensem, una cum Lau-
rentio de Reguly loco Succamerarij expeditam
in Terminis Communibus Varsavien Feriâ-
Quintâ post Festum Sancti Joannis Bapti-
stæ Annô Millesimô Quingentesimô Decimô
Sextô recognitam, in qua signa et loca gra-
nitialia fundos Bonorum eorundem distin-

gventia descripta sunt. 2do Lustrationem
Regni Palatinatûs Masovia Annõ Mil:
lesimõ Quingentesimõ Sexagesimõ Quartõ
authentice ex Actis Thesauri Regni desum:
ptam; In qua Villa Jazdow et Prædium
protunc Regalia, ad Capitaneatum Varsa:
viensem spectantia, continetur, ac specifice de:
scribitur, quod dicta Villa habeat Mansos
Tredecem et medium; Inter quos semiquin:
que Mansi Religiosorum Varsaviend:
Sancti Martini, in quibus locati erant
Cmethones Quatuor super semi Mansis;
Prædium autem super semi tribus, et duo
Hortulani de Privilegio Ducali Anni Mil:
lesimi Trecentesimi, Septuagesimi —
Quarti mentio facta, Mansos autem
Decem Regales in quibus Viginti
Cmethones consistebant pendentes
Censum ex Manso uno per grossos Vi:
ginti Octo quotannis, Item wiecznego
per grossos Decem ex quolibet Manso an:
nuatim, tum alia Obventiones ac labores
à Cmethonibus

a Cmethonibus debiti enarrantur ac ex his proventus constitutus. 3tio Resolutio= nem seu Decretum in Comitijs Petricovien Anni Millesimi Quingentesimi Sexagesi: mi Septimi ex Archivo Thesauri Regni autentice extractum; Quo in Decreto de Commutatione Agri in Jazdow, Prodz & seu Chmielnik vocitati pro semi duobus Mansis agri in Magna Wola siti per Sermam Bonam Reginam propter ami: pliationem Prædij Jazdoviensis facta constat. 4to. Dislmitationem Palatij in Ujazdow cum Prædio Ujazdoviensi ex Mandato Sae Rae Mtis per Illrem et Magni: ficos Joannem Malachowski Referenda: rium Regni, Nicolaum Lezenski Intimum Sae Rae Mtis Secretarium, et Romum An: dream Swinoleski Plocensem, Varsavien: sem Canonicum Commissarios Regios in Anno Millesimo Sexcentesimo Sexagesimo — Octavo, Die Nona Augusti factam in Cri: ginali ipso. 5to. Donationem particula agri sub monte Jazdoviensi in longum

Sexaginta Octo in latum verò Octodecem
Cubitorum per Honestum Josephum Gna-
cik Honesto Helli in Anno Millesimo Sex:
centesimo Sexagesimo Octavo factam fo:
lio Centesimo in Protocollo Advocatiali
Jazdoviensi contentam. Oto Donationem
Particulæ fundi duorum Stadiorum sub
monte, incipiendo à fossa trans Curiam
usq; ad viam publicam, versus Vistulam ja-
centis per Felicem Dutkiewicz in rem Illmi
Domini Andreæ de Raciborsko Morsztyn
Supremi Regni Thesaurarij de Anno eodem Mil:
lesimo Sexcentesimo Sexagesimo Octavo reco:
gnitam in Dicto Protocollo folio Centesimõ Tri:
mõ descriptam. Imo. Donationem duorum
Stadiorum fundi ad Laterificium à Curia Jazdo-
viensi ad Varsaviam protendentis viæ publicæ
ad Solec contigui, in latum triginta, in longum verò
ad viam Solecensem trecentarum viginti Ulnarum
in vicinia Laterificij Gnosi Isidori Affayta Edilis Sæ
Ræ Mttis consistentis per Christophorum Putgroszek
in rem supramemorati Illmi Domini Supremi Regni
Thesaurarij de Anno eodem Millesimo Sex-
centesimo Sexagesimo Octavo in Protocollo
fol:

Octodecem
hum Gna:
llesimo Sex:
factam fo:
vocatiali
onationem
orum sub
Curiam
istulam ja:
in rem Illmi
o Morsztyn
no eodem Mil:
Octavo reco:
entesimo Sri:
em duorum
Curia Jazdo:
ria publica
in longum vero
nti Ulnarum
ta Edilis Sa
um Putgroszek
Supremi Regni
rimo Sex:
o in Protocollo
fol:

Prothocollo folio 102 contentam. Quo Re:
cognitionem Venditionis suprâdictæ per
Christophorum Stegenka cum duobus Se=
nibus sub Juramento pro re dicti Illmi
Domini Supremi Regni Thesaurarij de
Anno Millesimo Sexcentesimo Sexagesi=
mo Nono factam in Prothocollo Ujazdo=
viensi folio 105 descriptam. 9no. Vendi=
tionem particulæ fundi Lodgorze dicti
ex una parte tramitis Dni Domanski,
ex altera vero parte Mathiæ Prochna ja:
centis, latitudinis ulnarum nonaginta
sex, longitudinis vero ulnarum ducenta=
rum incipiendo à granitiâ solecensi Sur=
sum montis per Adamum Sujkowicz
Valentinum Pszenny, et Thomam Wojcik,
in Rem Collegij Scholarum Piarum Varsa=
viensium de Anno Millesimo Sexcentesimo
Sexagesimo Nono factam, in Prothocollo
folio 106. contentam. 10mo. Venditio=
nem particulæ fundi sub monte à Via de
Prædio Varsaviam, ad viam magnam tri=
tam ad Solec tendentem longitudinis ul=
narum trecentarum Quadraginta duorum,
latitudinis a fundo Laterificij Illris Magni=

fici

fici Succamerarij Regni ad tramitem
Konwentowa, ulnarum Sexagintasep-
tem per Adamum Mlynarz in perso-
nam Generosi Isidori Affayta Edilis Sae
Rae Mtis pro ejus laterificio de Anno
Millesimo Sexcentesimo Sexagesimo
Nono recognitam in Protocollo fol: 119.
descriptam. 11mo. Venditionem par-
ticulæ fundi à via de prædio Varsavi-
am, ad viam tritam ad Solee tenden-
tem, siti, in longum ulnarum trecen-
tarum Quadraginta duarum in latum
a tramite Fundi Adami Mlynarz ad
tramitem fundi Joannis Suradny ul-
narum Quadraginta quatuor, per Joan-
nem Kuznik ferrifabrum eidem Gnoso
Affayta pro laterificio Annô eôdem Mil-
lesimô Sexcentesimô Sexagesimô Nonô
in Protocollo folio 120. factam. 12mo.
Venditionem particulæ fundi Lodgórze
nuncupati inter tramitem Religiosorum
Scholarium Piarum, in ante vero Valentini
Pszenny ex una, ex altera vero parte Gry-
gra, Garnuszka in latum ulnarum Qua-
draginta

draginta sex, in longum incipiendo à via so:
lecensi alias à via sursum montis ulna:
rum Centum per Mathiam Prochno de
Consensu Illris Magnifici Denhoff Succa:
merarij. Regni in rem Collegij Scholarum
Piarum Annô Millesimô, Sexcentesimô,
Septuagesimô Primô in Prothocollo folio
126. contentam. 13tio Veriditionem
fundi certi invicinitate Laterificij in lon:
gum ulnarum Quadraginta, mensuran:
do sursum montis, deorsum vero usq; ad
viam ulnarum octodecem, in latum, per
Jacobum Zaoriski, et Josephum Gnacik
in rem Monialium Varsavien siium —
Titl: Visitationis B^ae V^is Mariæ in Anno
Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo
Secundo factam, in Prothocollo eodem fo:
lio 127. exaratam. 14to. Venditionem
particulæ fundi in Vicinitate laterificij —
longitudinis ulnarum Quinquaginta
duarum, latitudinis septuaginta a scepu:
lis signatis incipientis, per Josephum Gna:
cik ijsdem Monialibus Annô Millesimô —
Sexcentecimo Septuagesimô Septimô in Pro:

thocollo

thocollo folio 131 descriptam. 15to Venditio
nem quatuor Stadiorum agri penes septa
Skorczynskiego ad limites Solecenses proten:
dentis, tum semi mansi agri inter Dzierza:
kowska, et Biskupia Siti, per annam Krzy:
szkowna cum Szempski et Czechowski Fratri:
bus Martino Mielczewski Musico Annô Mil:
lesimô Sexcentesimô Trigesimô Nonô fa:
ctam, in Prothocollo eôdem Advocatiali fo:
lio 294. annotatam. 16to. Venditionem
Quarta partis agri in Jazdow jacentis,
Swiderska vocitati, prope agrum Josephi
Gracik ab una, et Christophori Michalczyk
ab altera parte siti à Laterificio Regio
incipientes, usq ad granitiem Wyglendo:
wa protendentis, per Catharinam Bozyna
de Solec cum liberis in Anno Millesimo
Sexcentesimo Quinquagesimo Secundo
in Prothocollo folio 329 recognitam. Quas
quidem Transactiones Magnificus Pleni:
potens in Prothocollo veteri Ujazdoviensi,
Collegium vero Scholarum Piarum binas
Suprascriptas Donationes sibi servien:
tes in Extractibus antiquis authenticè ex.

illis

illis depromptis commonstrarunt. Insuper.
Collegium Scholarum Piarum exhibuit De-
cretum Commissoriale Sae Rae Mtis inter
se ab una, atq; Curiam Ujazdoviensem
parte ab altera Annô Millesimô Septin-
gentesimô Vigesimô Sextô, Feriâ Sextâ
ante Festa Sacri Pentecosten proximâ ex
peditum. Quo Decreto Commissoriali fundi
certi Laterificio Scholarum Piarum adja-
centes, vigore supraexaratarum Donatio-
num emensurati, ijsdem Patribus Schola-
rum Piarum sunt ad possessionem adjudicati,
ac laterificium calamitiosô tempore ruina-
tum restaurari permissum est. Post quam Jurium
productorum connotationem adverificationem
sitiûs locorum in ijsdem expressorum, et Investi-
gationem granitierum, Ductum ex Parte Hæ-
dum Ujazdoviensium, ad quem se traxerant,
expedire injunximus. Quem Ductum Magnifi-
cus Plenipotens Hæredum Ujazdoviensium
à scopulo seu Signo parietali Bona Villa-
Ujazdow ab Hæreditate Kalenczynensi distin-
guente inhoavit. Demonstrando prope pa-
rietalem alterum scopulum, Hæreditatem

Kalen

Kalenczynensem ab Hereditate Ujazdow:
ensi distingventem, utrosq in fundo Ujazdowa
circa limitem Kalenczynensem sipatos. Quem
limitem sat notabilem Admodum Revren:
di Missionarij fundorum Kalenczynensium
vi Iurium suorum Possessores, Collaterales,
non autem Scopulos esse agnoverunt. Prote:
stata est Civitas contra eundem Ductum,
quem Heredes Ujazdowa non à limitibus
Solecensibus sub Quastionem cadentibus,
quem admodum Civitas fecit, inhoarunt, pre:
cavitq; ne exinde Heredes Kalenczynenses et
Solecenses tanquam Collaterales aliquod
Prejudicium patiantur. Reprotestatum
erat ex Parte Heredum Ujazdoviensium
contra Civitatem et illatum quod Possessores
Hereditatis Kalenczynensis pro vero pa:
riete eundem locum demonstratum inter se
et Hereditatem Ujazdoviensem agnove:
rant. Demum ab eodem limite parietali
ulterius per rectilinium procedendo Magni:
ficus Plenipotens Heredum Ujazdovien:
sium perduxit ad declivium Montis, ubi con:
sistit

sistit Laterificium Patrum Scholarum Pia-
rum, commonstravitq; Documentum su-
perius connotatum, utpote Donationem
Anni Millesimi Sexcentesimi Sexagesimi
Noni, Die Undecimâ Septembris per Ho-
nestos Adamum Suyskowicz Valentinum
Pszenny, et Thomam Woycik Patribus
Scholarum Piarum, coram Actis Advoca-
tialibus Ujazdoviensibus recognitam; Qua
mediante Idem Recognoscentes, fundos suos
hereditarios Ujazdovienses, sub eodem Monte
vulgo Podgorze nuncupatos, in longum ad
cubitos Ducentos sese ad granitiem Solecen-
sem protendentes, vendiderunt, eundemq; fun-
dum petijt in præsentia Nostri commensura-
ri. Cui petitioni annuendo sine præjudicio
Jurium utrarumq; Partium dictum fundum
commensurari jussimus, ex qua commensu-
ratione longitudinem præfati fundi ulna-
rum Ducentarum cōperimus, et sic ab Ha-
redibus Ujazdoviensibus Acialitas fundi
Ujazdoviensis cum fundis Solecensibus &
Kalenczynensibus determinata. Reveren-
di verō Patres Missionarij acialitatem

suam non ulterius quam ad marginem loci
lutosi adjacen protendere dicebant. Protesta-
ta est ibidem Civitas de notabili avulsio-
ne fundi Solecensis per indebitè agnitam
acialitatem contra producta Documenta
ex Parte Collegij Scholarum Piarum, vigo-
re quorum à via Solecensi sursum Montis
alias w gorę fundi ijdem dimensurari debe-
ant, non vero deorsum per planitiem in fun-
dos non indigitatâ granitie et Viâ Sole-
censi; Quodque Rndi Missionarij fundo-
rum certorum Katenczynensium Possessores
acialitatem vere ibidem non agnoverant, sed
eandem inferius versus lutum penes viam
circa laterificia sua tendentem asseruerant.
Reprotestatus Magnificus Plenipotens
Hæredum Ujazdoviensium de legitimitate
ductûs Sui quem documentis stabilire spo-
ponderat. Tandem Idem Plenipotens Hæ-
redum Ujazdowa continuando a acialitate
superiori per fundos prope ipsam fodinam
protensive ad viam Cernensem antiquam et

sepimenta

sepimenta lignea pervenit, hancq; viam in
loco eodem antea fuisse, nunc vero obsitam
nec patentem demonstravit. Protestata
Civitas de nullitate ejusdem Ductus, et in
digitatione Vid Cernensis, ac si eodem in
loco reperibilis, allegando viam prefatam
in ductu suo rectilinio ad rudera muri hor:
tum Palatij Ujazdovien inante circum:
dantis extare. Reprotestatus Magni:
ficus Plenipotens Heredum Ujazdovien:
sium ductum eundem juxta Instrumentum
commutationis fundorum Civilium pro aliis
fundis per Sermam Annam Reginam Po:
lonic, factam, peractum esse. E contra:
Civitas Documentum hocce Commutationis
non inservire loco isti controverso replica:
vit. Ulterius predictus Plenipotens à Via
suprascripta Cernensi antiqua, et sepimento
per pascua Curiæ Ujazdovien adjacentia
per vallim in qua fodina reperitur, transeun:
do et canalim transcendendo in rectilinio usq;
ad sepimentum ex altera parte ejus situatum

eadem nempe pretensione et locis, in quibus
via antiqua Czerniakoviensis, seu Czernensis
extare asserebatur, adduxit, et viam eandem
antiquam pascuaq; ac fundos in contigui-
tate ejusmodi Viæ existentia, quod ad Bona
Ujazdow spectarent, se deducturum obtulit.
Demum terminatô Ductu suô ad Terminum
ad quem, commonstravit post agros Civita-
tenses Jazdroscé dictos pretensionem Viæ
ejusdem Czerniakoviam, reservavitq; sibi-
alia beneficia Juris pro integritate fundo-
rum Ujazdoviensium servientia. Repro-
testata est Civitas contra præmissum du-
ctum a pretensa acialitate inchoatum, et per
fundos Solecenses non demonstratâ viâ anti-
quâ, recedendo longe, etiam à Signis praten-
sis et fossis ad situandos palos ac sepimenta
stante jam lite juxta libitum peractis, tumquo-
que de ideali commonstratione viæ cujusdam Cer-
nensis cujus nec vestigium cerni poterat, circa
vero ductum suum ad rudera muri peractum
persistendo, Legalitatem ejus omni gene-
re

re probationum deducturum se obtulit. Re:
protestatus est Magnificus Plenipotens de
legalitate Ductûs sui a Termino aciali ad
Terminum eundem, per loca documentis
indigitata peracti, et circa eundem Du=
ctum perstitit. Post quos expeditos=
utrarumq; Partium principaliter secum
agentium ductus, ad effectum elucidanda
quanto melioris, de existentia antiqua=
rum granitierum veritatis, necessariam
esse Inquisitionem adinvenimus, et Par=
tibus Utrisq; Testes eo nomine inducere
mandavimus, ijsdemq; super incorpora=
tionem Testium Juramentum praestare
injunximus. Quod Juramentum ex parte
Civitatis Nobilis Josephus Chęcki Syndi=
cus ejus, ex parte vero Haeredum Ujazdovi=
en Gnōsus Albertus Domaracki Notarius
proventualis Ujazdoviensis expleverunt;
Post expletum ad examen Testium indu=
ctorum juxta Interrogatoria per utrasq;
Partes porrecta, et sibi abinvicem per prius
communicata Nos contulimus, dictaq;

ac depositiones Testium utrarumq; Partium previo Juramento eorum connotavimus. Post expeditas taliter Inquisitiones ad decisionem finalem negotij inter Partes intercedentis accessimus; Quemadmodum exauditis controversijs, trutinatis bene Juribus ex utraq; Parte productis, tum Ductibus Illarum, nec non Inquisitionibus eductis lectis; Quandoquidem tem ex ejusmodi Juribus per utramq; Partem productis, quam et depositionibus Testium de certis Signis ac indubitatis Limitibus et Signis granitialibus fundos Solecenses Civitatis a fundis Ujazdovienſibus Terrestribus sejungentibus plenarie informari et certificari nequivimus; Proinde Ductibus utrarumq; Partium, ceti Documentis evidentibus et Probationibus non-suffultis, in partem rejectis de prascripto Legis Positivæ ex moderamine, et arbitramento ad dislimitationem fundorum controversorum inter Civitatem et Hæredes Ujazdowa controversias quavis in futurum emergentes sopiendo

et

et Juramenta quavis de proprietate fun=
di prescindendo accessimus. Limitem vitaq̃
granitialem Bona et fundos Solecenses
Civiles a Bonis et fundis Ujazdovien si =
bus Terrestribus parietaliter distin =
guentem, incipiendo ab acialitate Bona
Ujazdow abuna, et fundos Kalenczyna
ab Altera, atq; Solca a tertia Partibus, di=
stinguente per collaterales Venerabiles
Missionarios fundorum Kalenczyna Pos=
sessores agnita, prope Laterificium Vene=
rabilis Collegij Scholarum Piarum intra fun=
dos Ujazdovienses situm, Rectilinio circa
fundos eosdem Ujazdovienses Podgorze nun=
cupatos, ulterius vero per hortum amplum
vivarium alias Zwierzyniec nuncupatum
hucusq̃ circumseptum usq; ad Parietem=
fundorum Civilium Zazdrość vocitatorum,
Horto eidem seu vivario Ujazdovien si conti=
guorum constituimus, et perpetuo per Par=
tes servari mandavimus. Ac accedente utra=
riumq; Partium assensu, Decisionisq; Nostræ
acceptatione scopulum angularem prope

locum

locum lutosum Bona Kulenczyn Possessio-
nis Venerabilium Missionariorum, Ujaz-
dow et Solec separantem, in praesentia-
Generosi Antonij Sulocki Camerarij grani-
tialis Palatinatus Plocensis adid, per-
Partes vigore Decreti S.a R.a Mttis ad Actum
Sipationis scopulorum conducti crigere de-
mandavimus; Circa quem scopulum princi-
palem angularem in triangulo unum scopu-
lum inter origentem et Septemtrionem inter-
medie cubitis quatuordecem et medio Distan-
tem in fundo Solecensi, ab hoc vero scopulo al-
terum ad meridiem septemdecem Cubitis,
a principali vero Tredecem et medio distan-
tem, pariter in fundo Solecensi Sipare in-
junximus, in quos omnes tres scopulos trian-
gulares signa metalia, nempe Carbones, vi-
trum, lateres coctos, et dimoscorium ferri
imposuimus. Tandem ab ipso principali
scopulo angulari ulteriores scopulos parie-
tales fundos Solecenses a fundis Ujazdo-
wa sejungentes, una cum supradicto Ge-
neroso Camerario Granitiali assumpto ad

id

id Nobili M. Deutz Geometra Jurato
sipare mandavimus. Procedendo itaq̃
Rectilinio, prout fieri poterat, ad plagam
Meridionalem, erecti sunt, ac de terra-
elevati Scopuli Parietales Octo, includen-
do principalem angularem videlicet
ab eodem angulari, secundus cubitis Du-
centis Septemdecem. Tertius cubitis cen-
tum Nonaginta Novem. Quartus Cubitis
Centum Octuaginta Sex. Quintus Cubitis
Centum Octuaginta Duobus. Sextus cu-
bitis Centum septuaginta Novem, Septi-
mus Cubitis Ducentis Novemdecem. Et
Octavus in Valli circa Canale de terra ele-
vata cubitis Centum Nonaginta Duobus
a se distantes. Demum ab eodem Octavo
Scopulo transcanale in simili Valli in par-
tem sinistram parumper vergendo. Nonus
scopulus cubitis centum quadraginta.
a nono Decimus Scopulus cubitis Centum
Septuaginta Novem. a Decimo in distan-
tia Centum octuaginta Cubitorum locatus
est Undecimus Scopulus, ab undecimo in
distantia Centum Quinquaginta Cubito-
rum positus est Duodecimus Scopulus. A quo

Cubitis

Cubitis Centum viginti uno, remote Deci=
mus Tertius. A Decimo Tertio declinan=
do quodammodo in dextram partem, ele=
vatus est Scopulus Decimus Quartus, in
distantia Centum Sexaginta Quatuor Cu:
bitorum. A Decimo vero Quarto, Cubitis
Centum Octuaginta Octo distans scopu=
lus Decimus Quintus Ultimarius, isq;
acialis circa parietem fundorum civili=
um Zazdrosi vocitatum, horto Ujaždovi=
ensi adjacentium determinans proten=
sionem fundorum Solecensium et Ujaždo=
viensium, distingvensq; fundos præfatos,
est constitutus, ac indictos omnes Scopu=
los tam parietales, quam acialem ulti=
marium Signa eadem prout in prioribus
triangularibus imposita extant, pro me=
liorig; Partium Informatione, tum rei
perpetuitate mappam supradicto Geome=
tra cum appositione in illa Signorum
dilimitationis præventis, ac scopulorum
delineare commisimus, quam etiam
Manibus Nostris subscriptam Decreto
corroboramus. Quibus igitur rite ac legi=

time

time determinatis granitiebus, Nos Commissarij S.a R.a Mtis authoritate Nobis tributâ easdem granities Partibus tenere, ac inviolabiliter observare demandavimus, et easdem robur perpetuæ ac inviolabilis firmitatis habere volumus, præsentibusq; decernimus, ita ut quidquid est fundi Bonorum Solec ab angularitate primæva, usq; ad determinationem acialitatis in parte sinistra, id totum ad Bona eadem Civitatensia Solecensia, quidquid verò in parte dextra similiter id totum ad Bona Terrestria Ujazdovien perpetuis temporibus spectare et pertinere debeat. Quod ad notitiam quorum interest deducendo, Ministeriali supradicto proclamare, atq; publicare injunximus, sepimenti vero per Serñmum piæ memoriæ Augustum Secundum Regem Poloniæ pro circumductione Horti Ujażdovienſis seu Vivarij extructi, Tertiam Partem Civitati Antiquæ Varsaviæ adjudicamus. Et postquam Idem sepimentum immi-

nenti tempore authumnali post finitas tamen conseminationes hyemales causa

circum-

circumdandi horti, ac fundi Ujazdoviensis
diruetur, illud percipere, ac in usus quosvis
vertere Civitati permittimus, reliquas au-
tem praetensiones mutuò inter Partes ob
bonum Pacis compensamus. Quan-
tum spectat Cathegoriam Religiosorum
Rectoris et totius Collegij Varsaviensis
Scholarum Piarum Laterificij ac fundi ad
illud spectantis Possessorum; Citationes-
mutuas Partium decidendo, siquidem tam
ex Juribus pro Parte dicti Collegij coram
Nobis exhibitis, superius connotatis, quam
et fundorum eorundem Visione per Nos
peracta, luculenter constat, Laterificium
Ejusdem Collegij Scholarum Piarum cum
omnibus ad illud spectantibus Latifundijs
non in fundis Civilibus Soleden, verum-
intra granities fundorum Ujazdovien-
sium situatum esse, bonoq; Jure per Idem
Collegium possideri. Ideo Civitatem An-
tiquã Varsaviã incompetenter contra Col-
legium Scholarum Piarum agere, adinve-
nimus, ab impetitisq; illius liberamus, atq;
Collegium memoratum circa Jura sua pa-
cificamq;

cificamq; Possessionem Laterificij, ac fundorum
juxta metas, prout ad presens extant, con:
servamus. In puncto quoq; facti, ex quo
ab illo Collegium sepefatum recedit, Civita:
tem ab actione hac liberam facimus. Quan:
tum porro afficit Cathegoriam ex parte Civi:
tatis contra Venerabiles Superiorem totamq;
Domum Varsaviensem Congregationis Mis:
sionis ex collateralitate adcitatos, idq; intu:
itu objectæ ademptionis fundorum Solecen:
sium. Quandoquidem prædicta Domus
Congregationis. Missionis in Processum ac De:
cretum Sæ Ræ Mtis non intrat, solummo:
do tanquam Collateralis se sistit, hoc ideo
salvam actionem seorsivam Civitati prædi:
ctæ Antiquæ Varsaviæ si voluerit: contra
Eandem Domum Congregationis Missio:
nis coram quo de Jure reservamus, Decre:
ti Nostri presentis vigore. Antonius Ostro:
wski Epp̃us Livonie Sæ Ræ Mtis Com:
missarius, Locus Sigilli Gentilitij in cera hi:
spanica expressi. Gabriel Joannes Juno:
sza Podoski Præp̃tus Cathed: Cracovien

S.ae R.ae Mtis Commissarius mpp Locus
Sigilli gentilitij in cera rubra hispani-
ca expressi. Gabriel in Lesiew Lesiew-
ski Judex Terrestris Ravensis, et Ma-
reschalcatus Regni, S.ae R.ae Mtis Commis-
sarius mpp Locus Sigilli gentilitij in cera
rubra hispanica expressi. Laurentius Liè-
linski Venator T. Sochaczovien Jud: M. Rni
Notarij, S.ae R.ae Mtis Commiss: mpp Locus Si-
gilli gentilitij in cera rubra hispanica expres:
si. Antonius Brzozowski Dctorum Curiæ
Rni Nrius S.ae R.ae Mtis Commissarius mpp
Locus Sigilli gentilitij in cera rubra hispani-
ca expressi. Oblatarum verò annotationes
sunt tenoris talis: Præsens Decretum Ad-
Acta Officij Consular: Civitatis Antiquæ
Varsaviæ Feriâ Sextâ ante Festum S. Thomæ
Apli proximâ Die Decimâ Septimâ Mensis
Decembris A.o D.ni Millesimô Septingentesi-
mô Quinquagesimô Sextô indict. Jacobus-
Stanislaus Albrecht S.ae R.ae Mtis Scrius Offi-
cij Consularis Civitatis Antiquæ Varsaviæ
Nrius mp. Præsens Actus Commis-
sorialis S.ae R.ae Mtis Granitialis ad per-
sonalem

sonalem comparitionem Nobilis Josephi
Chęcki Civitlis Atæ Væ Syndici Feriâ Ter-
tiâ post Festum Circumcisionis Xti Dñi
proximâ, Die Quarta Mensis Januarij
Annô Dñi Millesimô, Septingentesimô,
Quinquagesimô Septimô ad Acta Judi-
cij Adv: et Scabinalis ejusdem Civitlis
Atæ Væ inducti: Attr. Joannes I. Rembo-
wski Sæ R Mltis Scrius eorundem Actt:
Nrius mpp Quem ejusmodi Actum Com-
missorialem sic, ut præmissum oblatum
Nos ad Acta præsentia Metrices Regni
suscipi, ijsdem inseri et Parti postulanti
authentice extradi, Originale vero rursus
Eidem Offerenti restitui permisimus, de
quo recepto Cancellariam Nostram quie-
tavit, quietatq; præsentibus, et manu pro-
pria se subscribit. Josephus Chęcki Civita-
tis Antiquæ Varsaviæ Syndicus mpp In quo-
rum fidem &c. Actum ut supra. Relatio-
Ejusdem Illrmi et Excllmi Dñi Joannis
Comitis in Konskie et Białaczow a Małacho-
wice Małachowski Supremi Rni Cancellarij,
Ostrołęcen, et Buczniovien Capitanei.

Sub-

Sub eodem Actu

Donat Bona Pilca cum attinentijs, tum Bona Betkowice Sñsma. Maria Principissa Polonia Gō Theodoro Wessel.

Augustus III &c:

Intromissiones virtute subsecutarum
Transactionum accipiendi, aliasq; Transa"
ctiones, tam Officiosas, quam extra Officio"
sas Nomine sui Recognoscentis conficien"
di, complanationes cum quo necessitas
postulaverit ineundi, initas ad debitum
finem deducendi, cateraq; munia et Officia
verum, legitimum, ac indubitatum Pleni
potentem specialem de Jure concernentia
implendi, obeundi, et exequendi. Offerendo
se omnia per Ipsum legitimè, et juridi"
cè peracta pro rato, et grato susceptur-um
idq; sub vadio centum millium Florenor-
polon. Quam Plenipotentiam Idem Ma
gnificus Recognoscens manu propria sub"
scripsit J. Matachowski S. R. C. Quam
ejusmodi Plenipotentiam sicut premis"
sum factam, et recognitam, Nos ratam,
firmam, ac de Jure validam, habentes
habericq; ab omnibus volentes, eam ad
acta praesentia Metrices Regni suscipi
ijsdem inseri, et Parti postulanti au
thentice extradi permisimus. Inquor-
fidem &. Actum, et Relatio ut supra.

Actum Varsaviæ
Feriâ Tertiâ ante
Festu

Festum Sancti Martini Epi proxima die
Scilicet Septima Mensis 9bris Anno Dni
Millesimo Septingentesimo Quinquagesimo Octavo.

Manifestatur M. Mostowski
Palatinus Pomeraniæ ratio-
ne Indigenatus Terrarum
Prussiæ,

Augustus Tertius &c Significamus &
Quod coram Nobis Actis q̃ præsentibus
Metricæ Regni Cancellariæ Nostræ
Majoris personaliter veniens Magni-
ficus Paulus Mostowski Palatinus
Pomeraniæ Capitaneus Skarszewien-
sis præcavendo integritati Juri-
Terrarum Prussiæ præsentem intu-
lit et infert Manifestationem in ea
Quia Ille postquàm ex distributiva
Clementia Nostra super Palatina-
tum Pomeraniæ cum Capitaneatu
Skarszewiensi Privilegium benigni-
ter collatum tanquam verus et
indubitatus Terrarum Prussiæ

Indigena

Indigena in ijsdemq Terris ampla haereditaria possidens Bona obtinuerit cum ad praesens oriantur super premissis Indigenatibus disquisitiones, Ea propter ut alijs praesit exemplo in deducendis et producendis Indigenatibus offert se Ius Indigenatûs Familia, et procedentia sua ex Terris Prussiâ promanantis in loco loci Deductur um presenti Manifestatione, quam manu propriâ subscripsit Paulus in Ostrorecki Mostowski Palak Pomc. C. S. m.p. Quam ejusmodi Manifestationem Nos ratam et firmam habentes habericq ab omnibus volentes eam ad acta praesentia suscipi ijsdem inscri, et Parti postulanti authentice extradi permisimus Inquorum fidem &c. ctum et Relatio ut supra.

Actum Varsaviae Feriâ Sextâ pridie Festi S. Martini Epi scopi Die scilicet Decimâ Mensis Nov. Vembris Anno Domini Millesimô Septingentesimô Quinquagesimô Octavô.

Oblata Privilegij Corrobora
tionis Jurium ad Bona Schonb̃erg
Eckhoff et Memelhoff Gnōsis Korffom
servientium.

Augustus Tertius &. Significamus &
Quomodo coram nobis actisq; presenti
bus Metrices Regni Cancellariæ No
stræ Majoris personaliter comparens
Generosus Fabianus Wektowicz Gno
sæ Constantiæ de Wahlen olim Gnōi
Nicolai Koff Capitanei Rositensis Con
sortis Vidua, Plenipotens, obtulit adacti
candum, actisq; presentibus inscri
bendum Privilegium corroborationis
Jurium ad Bona Schön berg, Eckhoff,
et Memelhoff sua Generosæ Principali
Gnōq; G.G. Filijs Korffom servientium,
per nos Ipsis hic Varsaviæ Die Octa
vâ Mensis, et Anni præsentium in
Actu contentorum, benigniter datum,
manu nostrâ subscriptum, et Sigil
lis Majoribus Regni, et M.D. Lith. com
munitum, sanum, salvum, et illæ
sum, omnq; prorsus suspitionis no
tâ carens, tenoris sequentis. Augustus
Tertius

Tertius Dei Gratiâ Rex Poloniæ, Ma-
gnus Dux Lithvaniæ, Russiæ Prussiæ,
Masoviæ, Samogitiæ, Kijoviæ, Volhyniæ
Podoliæ, Podlachiæ, Livoniæ Smolenscæ
Severiæ, Czerniechovicq nec non Hæredi-
rius Dux Saxoniæ, et Princeps Elector.
Significamus præsentibus Literis No-
stris, Quorum interest Universis et Sin-
gulis Expositum Nobis esse nomine
et pro parte Generosorum Constantiæ de
Wahlen Generosi olim Nicolai Korff
Capitanei Rositensis Consortis, relictæ
viduæ, tum Sigismundi Capitanei Ro-
sitensis et Nicolai Camerarij nostri
Fratrum inter se germanorum, et respe
ctivè memoratæ Generosæ Constantiæ
de Wahlen cum suprafato Generoso
Nicolao Korff matrimonialiter procreatis
Filijs Bonorum Schönberg cum Præ-
dijs Eckhoff, et Memelhoff in ducatu
Curlandiæ sitorum hæredum, et Pos-
sessorum; Qualiter Bona eadem origi-
naliter Curia Schönberg vocitata cum
Prædijs addictam curiam pertinentibus
à Magistro Ordinis Theutonici Vilhel
mo Fürstemberg Venda, Die Decimâ
Quintâ Mensis Julij in Anno Mille

simo,

Quingentesimo Quinquagesimõ. Nonõ,
Georgio Schaphusen, et ejus Succes-
sorib, collata, Tractu temporis ad Familiam, et
Domum Strutynsciana devoluta per
Magnificum olim Michaëlem Strutyn-
ski Castellanum Livoniæ Filio suo Josepho
Filio suo in anno Millesimo, Septinge-
tesimo Trigesimo. Nono cessa, et abeo-
dem Generoso Josepho Strutynskii Came-
rario nostro supranominatis Generosis
Nicolao, et Constantiæ Korffom Conjun-
gibus, Eorumq Successoribus, Mitavie
Die Vigesimâ Quarta Mensis Junij An-
nô Dominij Millesimo, Septingente-
simô, Quadragesimô, Primo resignata, et
alienata licet in pacifica Possessione, pro-
prietate, ac hæreditate nominatorum Ge-
nerosorum Korffow Matris et Filiorum
existant, nulliq dubietati subjacent, Quia
tamen Munimenta prodendentiam, et
Tractum Dominij supefatorum Bonorum
enucleantia, vetustate temporum corru-
pta, et illegibilia redduntur. Ea propter sup-
plicatum est nobis per Consiliarios No-
stros, quatenus supradictam Generosi
Strutynskii venditionem et resignatione
corroborare, Jusq perpetuum ad men

tionata

tionata Bona Schönberg, Eckhoff, et Memel
hoff tribuere, et comprobare dignaremur.
Cui Supplicationi tanquam juste, et le
gi conformi benignè annuentes, Omnia
Jura, Transfusiones, Donationes, eò pla
nè modò ac si hic de Verbo ad Verbum
preinserta essent cum omnibus perti
nentijs, agris, Sylvis, lacubus, Colonis, Ta
bernis, fundis, pratis, campis, pascuis,
borris, nemoribus, stagnis, piscinis, rube
tis, hortis, hortulanis, adeoq universis
attinentijs pro Jure Supremi Dominij
nostri corroboramus, tribuimus, compo
bamus, et rati habemus, omniaq Jura, Do
cumenta, Transfusiones, Cessiones, et resi
gnationes ad sepementionata Bona se
se regulantia, et inservientia ab antea
ctis Proprietarijs, et Possessoribus dictor
bonorum habita, et ad Gnõos Koff y una
cum Bonis devoluta perpetuæ firmita
tis robur habere declaramus, et ab om
nibus inviolabiliter observari debere
præcipimus. In cujus rei fidem præsen
tes Literas Manu Nostrâ Subscriptas
Sigillis Regni, et M. D. Lit.ae communi
ri jussimus. Datum Varsaviæ, Die
VIII. Mensis Novembris Anno Do

mini

M. DCC. LVIII. Regni verò Nostri XXVI. an-
no. Augustus Rex Locus Sigilli majo-
ris Cancellaria Regni. Adalbertus
Rakowski Pocillator Terr. Viznensis
Sigilli Majoris Regni Secretarius
mp. Locus Sigilli Similiter Majoris
M. D. Lit.ae Josephus Dulęba S.ae R.ae
Mtis Sigilli Majoris M. D. Lit.ae Secre-
tarius mp Corroboratio Jurium ad Bo-
na Schönberg, Eckhoff, et Memelhoff G.G.
Korffom servientium. A tergo verò ejus-
dem Privilegij verba sunt hæc: Cancella-
riatu Illustrissimi, et Excellentmi Domi-
ni Joannis Comitis in Konskie, et Biała-
czew à Małachowice Małachowski supre-
mi Cancellarij Regni Ostrołęcensis Grodi-
cinsis etc. Capitanei Sigillatum. Can-
cellariatu Celsissimi, ac Illustrissimi
Principis Michaëlis Ducis in Klewan
et Zukow Czartoryski Supremi M. D.
Lit.ae Cancellarij Homeliensis, Georgebur-
gensis, Usniatensis, Poduswiatensis
etc. Capitanei Sigillatum. est in actis
Quod ejusmodi Privilegium, sic ut
præmissum oblatum Nos ad Acta
præsentia Metrices Regni suscipi
jiq. inseri, et Parti postulanti authen-
ticè ex

authenticè extradi, originale verò rur
sus Eidem Offerenti restitui permisi
mus; de quo recepto Cancellariam no
stram quietavit, quietaq' presentib⁹
et manû propriâ se subscripsit Fa
bianus Wektowicz mp. In quorum
fidem etc. actum ut supra. Rela
tio Illustrissimi et Excellentissimi
Domini Joannis Comitis in Konskie
et Białaczew, à Małachowice Mała
chowski Supremi Regni cancellarij
Grodecensis, Ostrołęcensis etc Capitanei

Sub Eodem Actu.

Oblata corroborationis Juri
um ad Bona Lipsten Gnõis
korffom servientium.

Augustus Tertius etc Significamus
etc. Quomodo coram Nobis, Actisq' pre
sentibus Metrices Regni cancellarie
Nostre Majoris personaliter compa
rens Gnõsus Fabianus Wektowicz Gnõ
se Constantia de Wahlen olim Gnõsi
Nicolai Korff Capitanei Rositensis, con
sortis, relicta vidua Plenipotens obtu
lit ad acticandum Actisq' presentib⁹
inscribendum Privilegium corrobora

tionis

Jurium ad Bona Lipsten sua Gnõsa
Principali, Ejusq; G.G. Filijs servienti-
um per Nos ipsis hic Varsaviæ Die
Octavâ Mensis, et Anni presentium
in Actu contentorum benigniter da-
tum, manu nostra Subscriptum,
et Sigillis majoribus Regni, et Ma-
gni Ducatûs Lithvaniæ commu-
nitum, sanum, salvum, et illæsum
omniq; prorsus suspitionis notâ
carens. Tenoris sequentis. Augustus
Tertius Dei Gratiâ Rex Poloniæ, Ma-
gnus Dux Lithvaniæ, Russiæ Prus-
siæ, Masoviæ Samogitiæ, Livoniæ,
Volhyniæ Podoliæ, Podlachiæ, Livoniæ
Smolenscie, Severiæ, Czerniechoviæq; ne-
non Hereditarius Dux Saxoniæ, et
Princeps Elector. Significamus pre-
sentibus Literis nostris, Quorum in-
terest Universis, et singulis. Exposi-
tum Nobis esse nomine, et pro parte
Generosæ Constantiæ de Wahlen Gene-
rosi olim Nicolai Koff Capitanei Ro-
sitensis consortis ad presens vidue,
et Generosorum Sigismundi Capita-
nei Rositensis, tum Nicolai Came-
rarij Nostri cum altefato Genenso

Nicolao

Nicolao Korff matrimonialiter pro
creatorum Filiorum, Bonorum Lip
sten in Kirchspiln. Neüguth sitorum,
ttaredum et Possessorum; Qualiter Gene
rosus Christophorus Joannes bini no
minis de Brucken Fock dictus, men
tionata Bona Lipsten post Generosam
Ludovicam Carolinam Viduam de
Brucken Fock appellatam, in Ipsum
devoluta supra expressis Generosis
Nicolao, et Constantia de Wahlen Kor
ffom Conjugibus Jure ttereditario Si
tavia Die Vigesimâ Quartâ Mensis
Junij Annô Domini Millesimo Septin
gentesimo Trigesimô secundô aliena
verat, et de jure suo proprio ttaredita
rio cesserat, vigoreq' prefatorum Transa
ctionum memorati Generosi Korffowie
sepe-dicta Bona Lipsten in possessio
nem suam apprehenderint eaq pacifi
cè possideant. Quia verò ob varias in
Livonia, et Ducatu Curlandiæ longô
tempore grassantes calamitates mu
nimenta primitiva Possessoribus di
ctorum Bonorum Lipsten collata, st
amissa, et deperdita. Ea propter sup
plicatum est Nobis per Consiliarios
nostros

quatenus ex carentia, et defectu Docu,
mentorum praexpressorum Bonorum
Lipsten hereditatem, proprietatem,
et perpetuitatem enucleantium. Jus
indubitatum, hereditarium, Tum
quoq; Transactionem venditionis, Resi,
gnationis, et alienationis sapefatorum
Bonorum Lipsten superius indigita,
tam per Generosum Brucken dictum
Fock factam, et in Personas Generosorum
Korffom recognitam ratihabere, et corrobo,
rare dignaremur. Nos itaq; relatione Con
siliariorum Nostrorum de premis,
sis factâ, trutinatâ, attentoq; usu he
reditariô eorundem Bonorum usq; ad
Generosum Christophorum Joannem
de Brucken dictum Fock deventô, cũ
nulli dubietati aut disquisitioni he,
reditaria tantô temporis Tractu sub,
jacebant, aut quôquô modo subjacent; I,
deo in defectu primitivorum Documen,
torum hereditatem Jusq; perpetuum
ad mentionata Bona Lipsten supra,
fatis Generosis Korffom, Illorumq; succes,
soribus authoritate, et Jure Supremi,
Directi Dominij nostri corroboramus
et tribuimus. Resignationemq; supra ex

prefam

expressam perpetuæ firmitatis roburha
bere volumus, et ut ab omnibus invio la
biliter observetur precipimus. Inquor
fidem presentes manu nostrâ subscri
ptas Sigillis Regni, et magni Ducatûs
Lithvaniæ, communiri jussimus. Datæ
Varsaviæ, Die Octavâ Mensis Novem
bris, Annô Domini M D CC LVIII. Regni
vero Nostri XXVI. Anno. Augustus Rex.
Locus Sigilli Majoris Regni Adalbertus
Rakowski Pocillator Terræ Viznensis Si
gilli Majoris Regni Secretarius mp. Locus
Sigilli pariter Majoris M. D. Litt.ae Jose
phus Dulęba S.ae R.ae M.tis Sigilli Majo
ris M. D. Litt.ae Secretarius mp Corrobora
tio Jurium ad Bona Lipsten Generosis
Korsom servientium. A tergo vero ejusdem
Privilegij verba sunt hæc Cancellariatus
Illustrissimi, et Excellentissimi Domini
Joannis Comitis in Konskie, et Biała
czew, à Małachowice Małachowski Supre
mi Regni Cancellarij Ostrołęcensis, Gro
dnensis etc Capitanei Sigillatum. Can
cellariatu Celsissimi ac Illustrissimi
Principis Michaëlis Ducis in Klewan
et Zukow Czartoryiski Supremi M. D. Litt.ae
Cancellarij, Homeliensis, Georgeburgensis

Usvia-tensis, Poduſviatenſis, etc Capita
nei Sigillatum. Est in actis. Quod ejus
modi Privilegium sicut præmissum
oblatum, Nos ad Acta præsentia Me
tricis Regni suscipi, ijsdem inseri et
Parti postulanti authenticè extradi, o-
riginale verò rursus eidem offerenti
restitui permisimus, de quo recepto
Cancellariam nostram quietavit, quie
tatq' præsentibus, et manu propriâ se
subscripsit. Fabianus Wektowicz
mp Inquorum fidem &c. actum, et Rela
tio ut supra.

Sub eodem Actu

Oblata corroborationis
Juriũm ad Bona Bru
cken et klein Brucken Generosis Korffom
servientium.

Augustus Tertius etc. Significamus
&c. Quomodo coram Nobis, actisq' præsen
tibus Metrices Regni Cancellariæ no
stræ Majoris personaliter comparens
Generosus Fabianus Wektowicz Gene
rosa Constantia de Wahlen, olim Ge
nerosi Nicolai Korff Capitanei Rositen
sis con

sis Consortis relicte Vidue, Plenipo„
tens obtulit ad acticandum, actisq'
presentibus inscribendum Privilegi„
um corroborationis Iurium ad Bona
Brucken, et Klein Brucken suæ Gene
rosæ Principali, et Ejus Filijs servienti„
um, per Nos Ipsis hic Varsaviæ Die Octa„
vâ Mensis, et anni presentium in actu
contentorum benigniter Datum, manu
nostra subscriptum, et Sigillis Majori„
bus, Regni, et Magni Ducatus Lithuaniæ
communitum, sanum, salvum, et illæ„
sum, omniq prorsus suspitionis notâ„
carens tenoris sequentis. Augustus Ter„
tius Dei Gratiâ Rex Poloniæ, Magnus
Dux Lithuaniæ, Russiæ, Prussiæ, Maso„
viæ, Samogitiæ, Kijoviæ Volhyniæ, Podo„
liæ, Podlachiæ, Livoniæ, Smolenscæ Se„
veriæ, Czerniechoviæq, necnon Hæredi„
tarius Dux Saxoniæ, et Princeps Elector.
Significamus presentibus Literis no„
stris, Quorum Interest Universis, et Sin„
gulis. Quod cùm Curia Brucken vocita„
ta in Territorio Bauschensi, Tractu Ra„
densi sita, per Magistrum Ordinis Theu„
tonici Gothardum, Generoso Gothardo Ap„
peldoren in Anno Millesimo, Quingen„
tesimô,

Quinquagesimô, Nonô, collata, et ab eodem
ad Familiam Hennigow devoluta essent;
Tandem dum Generosa Elisabeth de Hen-
ningi mentionatorum Bonorum Hæ-
dissa, Gnôso Alexandro Wigant nupsisset,
et Bona suprafata Brucken Idem Gnôsus
Alexander Wigant in Possessionem suam
recepissset, Illustris olim Fridericus Dux
Curlandiæ et Semigallia dicto Gnôso Ale-
xandro Wigant, et Elisabetha de Hen-
ningi Conjugibus Illorumq' Successoribus
ad Bona Brucken Jus perpetuo Hære-
ditatis tribuit; Serenissimusq' Sigismun-
dus Tertius Prædecessor Noster Varsaviæ
Die Decimâ Tertiâ Mensis Maij Annô
Domini Millesimo, Sexcentesimo, Vige-
simô, Secundô Idem Jus perpetuo Hære-
ditatis ratificavit, et comprobavit. Cum
vero altefa Bona Brucken, et in eorum
latifundijs exstructum Prædium Klein
Brucken appellatum ad Familiam, et
Domum Wahlovianam devenissent,
Genevray' Constantia de Wahlen, Gnôsi
olim Nicolai Korff Capitanei Rositen-
sis Consors ad præsens Vidua prætacta
Bona per Successionem Jure Hæreditario
possideat: Quæ quidem Jura, et Hæreditas,

et si nulli

et si nulli controversiæ subjacent, majo-
ris tamen roboris causâ supplicatum est
nobis per Consiliarios nostros, quatenus
supra allegata Jura authoritatê Nostrâ
Regiâ ratihabere, perpetuumq Jus, et in-
violabile, tam supradictæ Gnõsæ Constan-
tiæ de Wahlen matri, quàm et Gnõsis Si-
gismundo Capitaneo Rositensi atq Nico-
lao Camerario nostro karffom Filijs, Illo-
rumq Successoribus tribere dignaremur.
Nos itaq Supplicationi prætatæ benignè
annuentes memoratis Gnõsis karffom Ma-
tri, et Filijs, Illorumq succedaneis supra
allegata Jura ad Bona Brucken, et klein
Brucken sese regulantia, ac si hìc in-
a serie expressa essent, pro Jure Supremi
directiq Dominij Nostri corroboramus,
ratihabemus, perpetuamq Hæreditatem
Ipsis tribuimus, et ut ab omnibus invio-
labiliter observentur haberi et observa-
ri volumus. In cujus rei fidem præsen-
tes Literas manu nostrâ subscriptas Si-
gillis Regni et M. D. Littæ communiri
jussimus. Datum Varsaviæ Die Octa-
vâ Mensis Novembris Anno Domini
M D C L VIII. Regni verò Nostri XXVI. An-
no. Augustus Rex. Locus Sigilli Ma-
joris Regni.

Adalbertus Rakowski Pocillator Ter.
Viznensis Sigilli majoris Regni Secre„
tarius mp Locus Sigilli pariter majo„
ris M. D. Lttæ Josephus Dulęba Sæ.
Rę Mttis Sigilli majoris M. D. Lttæ Se„
cretarius mp Corroboratio Juriu m
ad Bona Brucken, et klein Brucken
Generosis Koffom servientium. A tergo
verò ejusdem Privilegij verba sunt hæc:
Cancellariatu Illustrissimi, et Excellen„
tissimi Domini Joannis Comitis in Kon„
skie, et Bialaczew à Matachowice Mata„
chowski Supremi Cancellarij Regni P„
strolęcensis Prodecensis etc. Capitanei Si„
gillatum. Cancellariatu celsissimi, ac Illu„
strissimi Principis Michaëlis Ducis in„
Klewan et Zukow Czartoryski Supremi M.
D. Lttæ Cancellarij, Stomeliensis, George„
burgensis, Usviatensis, Podusviatensis
etc. Capitanei. Sigillatum est, in Actis.
Quod ejusmodi Privilegium, sicut premi„
sum oblatum Nos ad Acta præsentia
Metrices Regni suscipi, ijsdem inseri,
et parti postulanti authenticè extra„
di, originale rursùs Eidem offerenti re„
stitui permisimus, de quo recepto Cancella„
riam nostram quietavit, quietatq' pre
sentibùs

præsentibûs, et manu propriâ se subscri-
bit. Fabianus Wektowicz mp. In quo-
rum fidem etc. Actum et Relatio ut su-
pra.

Actum Varsaviæ
Feriâ Secundâ post
Festum S. Martini
Episcopi proximâ
Diei scilicet Decì-
matertiâ mensis
Novembris An-
nô Domini Millesi-
mô, Septingentesimô
Quinquagesimô, O-
ctavô.

Donat Bona mobilia et Im-
mobilia G. de Tournes Gnō-
sis mangetom Eorumq Libe-
ris ac Successoribus.

Augustus Tertius etc. Significamus etc
Quomodo coram Nobis Actisq præsenti-
bus Metrices Regni Cancellaria Nostra
Majoris personaliter comparens Generos
Ioannes de Tourn Vice Vexillifer Regi-
minis Pedestris Guardiæ Nostræ et Rei
publicæ, olim Generosi Joannis Tourna-
pitani ejusdem Regiminis Guardiæ

Nostra et Reipublicæ, cum Genensa The-
ophila Christina de Braun primi olim
dicti Generosi Joannis Journ capitani
Regiminis Pedestris Guardiæ Nostræ
et Reipublicæ secundi ad præsens Nup-
tûs Generosi Joannis Jacobi Manget
Vicecolonelli ejusdem Regiminis Guar-
diæ Nostræ, et Reipublicæ Consorte, in
primo Matrimonij Voto, procreatus Fi-
lius, Sanus Mente, corporeq; existens Ju-
risdictione suâ quâvis propriâ omissâ,
et presenti incorporatione factâ, palam
liberè, ac per expressum recognovit, Quia
Ipse Iisdem Generosis Joanni Jacobo Man-
get Vicecolonello Regiminis Pedestris
Guardiæ Nostræ, et Reipublicæ, ac Theo-
philæ Christinæ de Braun conjugibus Vi-
cecolonellis Regiminis Pedestris prælibatæ
Guardiæ Nostræ, et Reipublicæ sui Recog-
noscentis Victrico, et Matri Charissimæ Par-
tibus, atq; Joanni Ludovico bini Nominis,
tum Paulo Jacobo itidem bini Nominis
Ipsorum Filijs „Sui Recognoscentis Fratribus
Uterinis Mangetom, Eorumq; legitimis
Successoribus Bona sua omnia mobilia,
et immobilia, ubiq; locorum existentia
et reperibilia, Summasq; quasvis pecunia-

riasubi

rias ubivis, et apud quasvis Personas repe
ribiles signanter in Ditionibus Szway
czaria existentia, et existentes, fatisô
lim dicti Generosi Parentis sui Recogno
scentis derelicta, et derelictas, ac postfa
ta Generosa de Tourn Virginis innupta
sui Recognoscentis amitta germana in
provecta ætate existentis derelicuenda
et derelicuendas, se Recognoscentem erga
Generosam Juliānam Concordiam de
Tourn sororem suam germanam Gnō
si vero Hees Consortem, Jure devolutivo,
et naturali Successione concernentia, et
concernentes, seu totam, ac integram sor
tem suam omnium et singulorum Bo
norum mobilium, et immobilium Sum
marumq' se recognoscen. respicien. inre
compensam Corumq Gnosorum Mangetaw
Vicecolonellorum Regiminis Pedestris
Guardiæ Nostra, et Reipublicæ Conju
gum Parentum suorum Beneficiorum
sibi Recognoscenti à Teneris ad horæ
tempus præstitorum beneficationemq'
expensarum in condignam sui Recogno
scentis sustentationem, et educationem
variasq ad exteras nationes, et Militares
campaniarum extra Regnum præsens

agitatarum, et agitandarum expeditiones
largâ beneficâq manu in necessitates sui
Recognoscentis apprimè necessarianum
erogatarum ultra summam Sex Milli-
um Thalerorum Pruthenicalium ascen-
dentium ad vindicandum, dandum, do-
nandum, utifruendum, ings suos, suorum
Successorum meliores, ac utiliores bene
placitos usus convertendum, dat, donat,
confert, inscribit, et resignat, ac de ijsdem
Bonis, et Summis, seu portione sua eo-
rundem Bonorum omnium mobiliu
et immobilium, Summarumq quarum-
vis paratarum, et ubivis locorum inscri-
ptarum, et hurentium se Recognoscen-
tem erga supradictam Gnosam Juliam
nam Concordiam de Tourn sui Reco-
gnoscentis Sororem Germanam, Gnosi
verò Hees Consortem concernenq cedit, et
condescendit, totumq, et integrum Jus
Suum ad premissa Bona mobilia et
immobilia, Summasq quasvis pecunia-
rias habitum, et habendum, in Perso-
nas eorundem Gnosorum Mangetoud
Vice Colonellorum Regiminis pedestris
Guardiæ nræ, et Reipublicæ Conjugum
Ipsorumq Successorum transfert, et trans

fundit

transfudit plenariè perpetuò, et in avum
Intromissionemq' Ipsis in præfata Bona,
et Summas præsentibus resignatas, ces-
sas, donatasq' officiosè acceptandam libe-
rè dat, et defacto admittit. Pacem cum tu
itione, et evictione in et super Bonis su-
is generaliter omnibus habitis et haben-
dis cavet, et inscribit idq sub damnis
Terrestribus simplici verbo absq jura
mento corporali tactandis, et dicendis,
in casu alicujus exorti impedimenti, et
non facta tuitionis, et evictionis àse
Recognoscente suisq Successoribus ex
parte, et Instantia Corundem Genero-
rum Mangetow Conjugum Vicecolonel-
lorum Regiminis Pedestris Guardiæ
Noestræ, et Reipublicæ, Ipsorumq' Suc-
cessorum, coram Officio, et Judicio ubiqui-
nario Regni Majoris, Minorisvè Subsel-
lij, semotis omnibus Juris diffugijs di-
lationibus, et exceptione Fori vindican-
dis, alias in Forma plenissima, et de Jure
perfectissima Donationis Cessionis et evi-
ctionis, hâc sua personali Recognitione
ad præmissa mediante. Quam præmo-
ratus G. Recognoscens his in actis ma-
nu propriâ subscripsit. Jan Fridrik

de Tournes, Podchorąży. Quam ejusmodi Donationem, sic ut præmissum factam et recognitam, Ratam, firmam, atque Jure validam habentes, haberiq; abomnibus volentes, eam ad Acta præsentia Metrices Regni suscipi, ijsdem inseri, et parti postulanti authenticè extradi permisimus. In quorum fidem etc. Actū et Relatio ut supra.

Działo się w Warszawie we wtorek po Uroczystości S. Marcina Biskupa naybliższy to iest, Dnia Siodmego Miesiąca Listopada Roku Pańskiego Tysiącznego, Siedmsetnego, Piędziesiątego, Ośmego.

Manifest przez Wielmożną Katarzynę z Fredrow Rupnieuską Kasztelanową Małogoską uczyniony.

August Trzeci etc. Oznaymuiemy. etc. Iż my przychyliwszy się do pokornej Supplikacyi Wielmożny Katarzyny z Fredrow Rupnieuskiey

Rupnieuskiey kasztelanowey Małogo„
skiey, Staroścíny Szydłowskiey w Sepera„
cyi z Wielmoznym Stanisławem Ru„
pieuskim kasztelanem Małogoskim
Małżonkiem swoim zostaiącey w kla„
storze W.W. PP. Brygitek tu w Warszawie„
będącey Resktyptem naszym z kancel„
laryi Wiekszey koronney Dnia Miesią„
ca, y Roku w Akcie wyrazonego wydany„
Urodzonego Ignacego Ludwika Rowic„
kiego Metryканta kancellaryi Wiek„
szey koronney Sekretarza naszego dla
przyięcia od niey wszelkich Transak„
cyi deputowalismy, yzebyz Aktami
niniey szemi do pomienionego Klaszto„
ru przybyt pozwolilizmy. Ten tedy uro„
dzony Deputowany Sekretarz nasz za„
dosyć uczyniwszy Funkcyi swoiey, ia„
wniey oczywiście zeznał, iako przed„
nim, y Aktami niniey szemi Metryki
Wielkiey koronney Dnia Dziesiątego w
Akcie wyrazonego stanąwszy przykra„
cie pomienionego Klasztoru osobiscie
Taz Wielmozna Katarzyna z Fredrow
Rupnieuska Kasztelanowa Małogoska
Edrowa na umyśle, lubo na ciele staba
od Jurisdykcyi sobie przyzwoitey iakiey z

kolwiek odstępuiąc, niniey szey zas na„
szey siebie z Dobrami swemi podclaiąc
takowy czyni Manifest, y Manifestuie się.
Przychylaiąc się do dawnieyszych à osobli„
wie ostatniego pred Aktami Grodzkie„
mi Warszawskiemy we Wtorek w Sam„
Dzień Swięta Swiętego Piotra w Oko„
wach, Roku teraznieyszego, Tysiąc,
Siedmset, Pięćdziesiąt, Osmego, respe„
ktem nizey wyrazonych Remonstracyi,
przez Siebie za łączą się uczynionego, Ma„
nifestow, albo raczey tenże ostatni meli„
orując Manifest, solennie predtemiz
Aktami manifestuie się à towtenspo„
sob: Iż lubo Wielmozna Maryanna
z Ogińskich Potocka, niegdy Wielmo„
żnego Michała Potockiego Woiewody
Wołyńskiego małzonka pozostała
Wdowa dobne będąc wiadomą prezr„
czne karty od siebie Manifestanki
na Summy trzy: Pierwszą na Dwana„
ście Tysięcy Złotych Polskich, Drugą
na Dziewięć Tysięcy także Złotych Polskich,
Trecią y ostatnią na Dwatysiące Zło„
tych Polskich, ktore Summy wraz złączy
wszy wynoszą Summę Dwadziescia y Try„
Tysiące Złotych Polskich, w Rece S.P Te„
gozwiel

go Wielmoznego Woiewody Wołynskiego, da„
ne, ze zadnych od wzwyz wyrazonych trzech
Summ wspomniony ś.p. Wiel: Michał Po„
tocki Woiewoda Wołynski, za zycia iescze
swego nie pretendował, ani Plenipotento„
wi swoiemu wpisaniu przez niego kart aj„
sekuracyinych wyrazac niekazał prowizyi,
ile ze takowe pomienione Summy, czescią
pieniędzmi, czescią stroiem Damom przy„
zwoitym przez teraznieysza manifestan„
tkę od tegoz niegdy Wielmoznego Woiewo„
dy Wołynskiego są zaciągnione. Atoli ie„
dnak taz Wielmozna Woiewodzina pozo„
stała Wdowa wraz zinnemi Sukcesora„
mi sprzykrzonemi w Prawie Terminami
swoiemi przerzeczona Wielmozna Mani„
festantkę o takowe od wzwyz wyrazonych
Summ, niby pochodzące prowizye ustawi„
cznie pozywa, y o zaptacenie takowych
sollicytuie. Więc Iaz Wielmozna Mani„
festantka przestrzegaiąc całosci, y nie na„
ruszenia substancyi, y Fortuny swoich
Dziedzicznych przeciwko tyle razy wspom„
nionej Wielmoznej Maryannie, z Ogin„
skich Potockiey Woiewodzinie Wołyn=
skiey pozostałey Wdowie, y innym Suk„
cessorom względem od tych y oneyze nię

stuszneyo

służnego o iakowy procent procesowa„
nia, tudzież o wszelkie złych okoliczności
wynikaiące krzywdy, szkody, y wexy iak
nayspolenniey powtore, a powtore mani„
festuie się, zostawuiąc sobie Prawem po„
zwolną sobie przyczynienia, lub wzrze„
dnienia, albo na inszy kształt y formę te„
go Manifestu przetrzenia. Który to Ma„
nifest przeczytana Wielmożna Kasz te„
lanowa Matagoska ręką własną podpi„
sała. Katarzyna z Jędrow Rupniew„
ska Kasztelanowa Matagoska Staro=
scina Szydłoska. Która to Urodzonego
Sekretarza Naszego Deputowanego re„
lacyą y przed nimże: iako wyżey iest
uczyniony Manifest. My za ważne, mo„
cne y na Prawie ugruntowane maiąc
y od wszystkich aby mianę były,
chcąc, one do Akt niniejszych przyiąć
y wnie wpisać, à potym stronie po„
trzebuiącey wydać rozkazalismy. Na„
co dla lepszey wiary &c Działo się &c
iako wyżey. Za Prawo y Przetrzenie
J. W. JMci Pana Jana Hrabi na
Konskich y Białaczewic z Mata chowic
Matachowskiego Kanclerza Wiel: Kom:
Grodeckiego y Ostrołęckiego &c Starosty.

Actum

Actum Varsaviæ
Sabbathô anteFe„
stum Præsentatiô„
nis Beatissimæ
Virginis Mariæ
proximô Die Scili„
cet Decimâ Octavâ
Mensis Novembris
Annô Domini. Mil„
lesimô Septingen„
tesimô Quinqua„
gesimô Octavô.

Oblata Diplomatis Declarati„
onis Vacantiæ Feudi Ducatuum
Curlandiæ et Semigalliæ.
Augustus &c. Significamus &c Quo„
modo coram Nobis, Actisq; præsentibus
Metricem Regni Cancellariæ Nostræ Ma
iestis personaliter comparens Generosus
Adalbertus Rakowski Locillator Terræ Vi„
tebsken Noster, et Sigilli Majoris Regnico„
rum Secretarius, obtulit ad Acticandum, Actisq;
præsentibus inscribendum Diploma
Declarationis vacantiæ Feudi Ducatuum
Curlandiæ, et Semigalliæ. Die XVI Mensis
Novembris Annô Domini MDCCLVIII ema„
natum

natum, manu Nostrâ subscriptum et Sigil-
lis Majori Regni, Minorig M. D. Litto commu-
nitum sanum, salvum et illesum, omnig
prorsus suspitionis nata carens tenoris
sequentis. Augustus Tertius Dei gratiâ
Rex Poloniæ, Magnus Dux Lithuaniæ,
Russiæ, Prussiæ, Masoviæ, Samogitiæ,
Kijoviæ, Volhyniæ, Podoliæ, Podlachiæ, Livoniæ, Smo-
lensciæ, Severiæ, Czerniechoviæg nec non
Hæreditarius Dux Saxoniæ et Princeps
Elect. Universis et Singulis quorum
interest præsertim vero Generosis Su-
premis Consiliarijs Majoribus et Mino-
ribus Capitaneis - Totig Generosæ Equestri
Ordini, et Fidelibus Ducatuum Curlandiæ
et Semigalliæ Fideliter Nobis dilectis
Gratiam Nostram Regiam. Generosi fi-
deliter Nobis Dilecti. Quoniam innatâ
Cordi Nostro est, continuam sollicitudi-
nem Nostram ad id convertere, ut susce-
ptô Regni Nostri Gubernio dg Regnum
hoc id Nostrum Poloniæ, ac Magnus Du-
catus Lithuaniæ, cum annexis omnib⁹
Provincijs uberiora semper sumant fe-
licitatis incrementa; Id circo, et Ducatus
Curlandiæ, et Semigalliæ ab hac Dilec-
tione Regiminis Nostri segregare non
potuimus

poluimus, Libertates, Jura, et Privilegia
Illorum conservando inaminatè, semel
eosdem Reipublicæ Corpori unitos, com=
modis, et emolumentis eo deque cum ce„
teris Provinciis studij Nostri fuit, extincta
/: sui disponente Supremo Rerum arbitrô:/
Kettleriana Familiâ in persona olim Fer„
dinandi Ducis post sterilia Ejus fata,
Cui Familiæ Divus olim Sigismundus
Augustus Prædecessor Noster hos Duca„
tus in Feudum benignè conuesserat, Sta„
cuit Annô Millesimo, Septingentesimo
Vigesimô Sextô Ordinibus Regni defici„
ente stirpe masculâ olim Ferdinandi
Ducis, hosce Ducatus plenariæ Reipubli„
cæ incorporare cum exclusione Infeuda„
tionis, et substitutionis novi Principis;
Aut ad supplices Generosæ Nobilitatis, Du„
catuum Curlandiæ et Semigalliæ preces
iterum Annô Millesimô Septingentesimô
Trigesimo Sexto ad antiquum sub Regimi„
ne Ducis statum hos Ducatus restituen„
te Republica visum fuit Nobis Ernesto
Joanni de Biron Ducatus Curlandiæ et
Semigalliæ unà cum masculæ Prole
de lumbis procedente in Feudum dare,
et Cum Diplomate Nostro juxta practi„
catum

catum in similibus medium investire, sub
adjectis in illa Lege Conditionibus, videli-
cet exonerationis Bonorum mensa Duca-
lis in rem et emolumentum Feudi, nec non
suppeditationis subsidij Militum pro
servitio Reipublicæ, aliorumq articulorum
adimplectionis. Audiit quod Supranomina-
tus Ernestus Joannes de Biron post da-
tam à Nobis Eidem investituram Duca-
tuum Curlandiæ, et Semigallie ex Mini-
sterio Supremo Aulæ Petroburgensis
se non exuit immo sub regentis nomi-
ne postea perseveravit, nec in Ducatus
adeptendas conditiones Lege sibi impo-
sitas se transtulit, ibiq in Supremo Mi-
nistri Munere, et Regentis ita se gessit
ut sequestrationem Personæ suæ unacum
Masculæ, prole pro maleſactis inve tra-
xerit; et licetsi casus illius ex vi solius
Ministerij et Regentiæ sue in alienis
Ditionibus subsecutus non adeo Nos obliga-
verat, ut sublevare Illum ex hoc infortunio
debuissemus, nihilominus annuente etiam
Senatûs Consilij Resultatô Anni Millesi-
mi Septingentesimi Quinquagesimi, qua-
sivimus per officia Nostra in Amica No-
bis Petroburgensi Aula pro parte Gus

favorabiliores

favorabiliores deciviones. Sed quoniam ob
stante Statuâ rative nullum Instantiarum
Nostrarum effectum polliceri, Nobis valuimus,
et Regimen horum Ducatuum ab Anno
jam Millesimo, Septingentesimô Quadra-
gesimô Primo, quôquog de illata Eidem
infamiæ nota cognosceretur justa Re-
scriptum Nostrum sub Nomine solo
Nostro sine mentione Duûs stetit, jamq
per Annos Octodecem meliorem sortem
casûs Joannis Ernesti de Biron expectan-
tes suspenderamus executionem Constitu-
tionis Anni Millesimi Septingentesimi
Trigesimi Septi, quæ omnino ad suppli-
ces Generosæ Nobilitatis Ducatuum Carlan-
dia, et Semigalliæ preces, vult sub Duce
Regimen, sed cum continuo hæc Nobili-
tas per Delegatos suos supplici Nos fati-
gaverit Libellô pro eliberatione Ducatuô
à malis, quibus premuntur ex præfati
Duûs abventia, et in casum impossibili-
tatis reditûs ejusdem, Cuq Masculæ
Prolis, ad Regimen prædictorum Duca-
tuum post declarationem vacantiæ Feudi
alium Ducem investire dignaremur, spe-
cialiter autem pro Serenissimo Principi
pe Dilecto Filio Nostro Oratores agendo,

ing

ing ipso tempore Magnificus Baron
de Gross Minister Aulæ Petroburgen„
sis inhærendo mandatis Imperiali„
bus in scripto dilaravit eliberationē
Ernesti Joannis de Biron una cum Ma„
scula Prole nunquam subsequi posse, pro„
pter statûs rationem omnes alias absor„
bentem. Quare Nos data Senatui ad de„
liberandum propositione in hoc Pun„
cto Die Trigesima Mensis octobris An„
ni præsentis ex Resultato hujusce Sena„
tus Consilij, statuimus non amplius
differre executionem Constitutionis Mil„
lesimi Septingentesimi, Trigesimi Sex„
ti, ut Ducatus Curlandiæ, et Semigalliæ
Regimine Ducis fruantur, cumq; jam
impossibilitas Reditûs ad Regimen ho„
rum Ducatuum Ernesti Joannis de„
Biron, Cuiq Masculæ Prolis Authen„
ticæ, et clare Nobis patefacta sit, om„
nisq securitas pro novo infeudando
Duce sit provisa; Qua propter Duca„
tus Curlandiæ et Semigalliæ absq;
regimine Ducis ulterius manere non
posse decernimus; Ernestumq Joan„
nem de Biron a Prærogativa, et Digni„
tate Ducis Curlandiæ et Semigalliæ,
et per

et per consequens ab omnibus etiam emo-
lumentis, atq muniis ad hos Ducatus spe-
ctantibus unacum Masculà ejus Prole
absq; ijsve ediximus, et denuntiamus, atq
Feudum pro vacanti declaramus, volu-
musq ettaliter hõc instrumentõ per
Nos declarata Feudi vacantia fidelita-
tibus Vestris innotescat, atq ad omnium
notitiam deveniat. Interim hortamur,
atq monemus, Fidelitates Vestras, qua-
tenus tum Jurium Nostrorum, Supre-
mi et directi, in Ducatus Curlandiæ et
Semigalliæ, Dominij Nostri, tum vin-
culorum suorum Juris Jurandi vigo-
re Pactorum subiectionis, et Formulæ
Regiminis ac ordinationis debitam ratio-
nem habentes in plena et perpetua erga
Nos, atq Rempublicam fidelitate, obsequio
et subiectione inviolatè perseverent,
administrationem Justitiæ, et cursum
Judiciorum sub nomine Nostro usq ad
Investituram novi Ducis continuent, et
nihil quidquam in contrarium ejus-
dem Pactis subiectionis et Juribus No-
stris, ac Legibus Regni attentare præ-
sumant; Insuper habere volumus ut
Generosi Supremi consiliarij pro mune

re suo

re sua sedulo incumbant ne Proventus
ex Bonis Ducalibus Feudalibus quæ
cunq modo distrahantur, immo potius
eos dem omnes proventus &: salarijs
non nisi officialium, et quæ ad conser
vationem statûs internam requiru
tur exceptis & intacte conserventur. In
regulamine verò Bonorum Feudali
um ulteriorem dispositionem Nostra
desuper expectent. Quod reliquum est
Fidelitatem Vras in Universum om
nes securas esse volumus, non solum
peculiaris Erga eos gratiæ, et prote
ctionis Nostræ, sed etiam in demnita
tis omnium Jurium, Privilegiorum
et Prærogativarum suarum, tam in
Spiritualibus, quam in Sæcularibus.
Quarum Nos Fidelitatibus Vestris ma
nu tentionem, et conservationem appro
mittimus, et spondemus. Ut itaq hoc
Nostrum Diploma omnibus bene in
notescat, in Acta Publica inscribi, il
laq more solito in Ducatibus publica
ri, &s quorum interest mandamus pro
Gratia Nostra. In quorum fidem præ
sentes manu Nostrâ subscripsimus
et Sigillis Regni, atq Magni Duca
tus

tus Lithuaniæ muniri mandavimus. Da„
tum Varsaviæ Die XVI Mensis Novem„
bris. Anno Domini M.DCCLVIII. Regni
vero Nostri XXVI. Anno. Augustus Rex
Locus Sigilli Majoris Regni Adalber„
tus Rakowski Docillator Ds Vizney Si„
gilli Majoris Regni Secretarius mp Lo„
cus Sigilli Minoris Magni Ducatûs Li„
thuaniæ. Adamus Chmara Docillator
Ds Mins Ds Rs Mtis Sigilli M. D. Ls Se„
cretarius mp Diploma Declarativum
vacantiæ Feudi Ducatuum Curlandiæ
et Semigalliæ. A tergo vero ejusq Di„
plomatis verba sunt hæc. Cancellari„
atu Illustrissimi et Excellentissimi Do„
mini Joannis Comitis in Konskie et
Biataczew, à Matuchowice Mutuchow
ski Supremi Cancellarij Regni Prodecen„
sis, Ostrolęcen &c Capitanei Sigillatum
Pro Cancellariatu Illustrissimi Excellen„
tissimi Domini Michaelis Comitis in
Bychow, Zastaw, Dombrowna, et Sa„
piezyn Sapieha Procancellarij M. D.=
Litts Ducholiensis Vilkomicensis, Cal„
variensis, &c Capitanei. Sigillatum
Est in Actis. Quod ejusmodi Diploma
sicut præmissum oblatum, Nos ad Acta

præsentia

praventia Metricem Regni vuscipi, ijdem
inveri; et Parti postulanti Authentice
extradi, Originale vero rursus Eidem
Generoso Oferenti restitui permisimus,
de quo recepto Cancellariam Nostram
quietavit, quietatq; presentibus, et
Manu propriâ se subscribit. Adalber„
tus Rakowski Locillator Terr Viznen„
sis J.M.R.Smp In quorum fidem &c
Actum et Relatu ut supra.

Actum Varsaviæ
Feria Secundâ
pridie Festi Srd„
sensativnis Be„
atissimæ Virgi=
nis Mariæ De
scilicet Vigesimâ
mensis Novem=
bris Annô Domi„
ni Millesimô Se„
ptingentesimô Qui„
quagesimô Octavô.

Oblata Diplomatis Provi„
sionalis Collationis Feudi Du„
catuum Curlandiæ, et Semigal„
liæ, Serenissimo Principi

Regio

Regio Carolo Eorundem Ducatu„
um Duci.

Augustus Tertius &c Significamus &
Quomodo coram Nobis Actis & praesentibus
Metricem Regni Cancellariâ Nostra Majoris
personaliter comparens Venerabilis Ga„
briel a Podoski Podoski, Notarius supre„
mus Regni Praepositus Cathedralis Cra„
coriæ, Serenissimorum Principum Regiorum
Filiorum Dilectissimorum Nostrorum Can„
cellarius, obtulit ad Acticandum Actis & pre„
sentibus inscribendum, Originale Di„
ploma Provisionale Collativum Feudi Dua„
tuum Curlandiæ et Semigalliæ, Serenissi„
mo Principi Regio Nostro Carolo, Eorun„
dem Ducatuum Duci, hic Varsaviæ Die
Decimâ Sextâ Mensis et Anni nunc
currentium per Nos benigniter datum, Ma„
nu Nostrâ subscriptum, et Sigillo Ma„
iori Regni ac Minori M.D.Lttæ com„
munitum, sanum, salvum, et illæsum,
omnig prorsus suspitionis notâ carens
tenoris sequentis. In nomine Domini
Amen. Augustus Tertius Dei Gratia
Rex Poloniæ, Magnus Dux Lithuaniæ, Ruſ„
siæ, Prussiæ, Masoviæ, Samogitiæ, Kijo„
viæ, Volhyniæ, Podoliæ, Podlachiæ, Livo„
niæ

nia, Smolenscia, Severia, Czerniechovia, que non Hereditarius Dux Saxonia, et Princeps Elector. Ad perpetuam Rei memoriam. Significamus presentibus Literis Nostris quorum interest aut quomodolibet interesse poterit, Universis et singulis, presentiq Diplomate Nostro Regio, notum testatumq facimus. Quemadmodum per Serenissimum Dive memorie Sigismundum Augustum Regem Polonie, et Rempublicam exantiquo de Ducatibus Curlandie et Semigallie constitutum et provisum est, ut Eidem Illustri Principi Gotthardo Kettler Ordinis Theuthonici in Livonia Magistro, ejusq Masculis Hæredibus de Lumbis ejus procedentibus Jure Feudi protunc dum Idem Divus Sigismundus Augustus Rex. Eundem Illustrem Principem Gotthardum Kettler Magistrum, Universamq Nobilitatem Civitates, status et Ordines Terrarum Livonie isto tempore Hostilitate Muschovitica oppressos et afflictos, auxilio vero Imperatoris, et Statuum Romani Imperij diu implorato destitutos, per Pacta subiectionis, in fidem Potestatem, Ditionem et

Clientelam

Dientalem suam, Suorumq Successorum
Regum Poloniæ susceperat, reservato tamen
sibi Suecaneijsq Sermis Regibus Poloniæ
ad hos Ducatus Supremo, directo, natura-
li, et immediato Dominio, conferrentur
ipsum etiam in Literis Investituræ, tam
Eidem Illmo Gotthardo, quam ejus Succes-
soris de Suntis Gus rectâ Lineâ descendenti-
bus, Illustrissimis, Friderico Vilhelmo, Ja-
cobo, Friderico, Casimiro, et Ferdinando
Ducibus Curlandiæ et Semigalliæ. per
Sermos Dive memoriæ, Stephanum, Sigis-
mundum Tertium, Vladislaum Quartum,
Joannem Casimirum, Michaelem, Jo-
annem Tertium, Augustum Secundum
Parentem Nostrum desideratissimum,
Reges Poloniæ non interruptâ serie col-
latio, sufficienter præstitum, Cautum, et
asseuratum est. Ita cum Deo vie volen-
te Familia Ducalis Kettleriana deficien-
te Prole mascula in persona olim Illmi
Ferdinandi Ducis Consanguinei Nostri,
de Nobis et Serenissimis Præcessori-
bus Nostris, ac de Republica benemeriti,
fidelis semper Vasalli extincta est, et
Ducatus Curlandiæ et Semigalliæ, præfati,

Jure

Jure Nostri supremi, directi naturalis et
immediati Dominij ad Nostram et Reipu„
blicæ dispositionem pervenerant, Nobisq; Res„
publica in Comitijs Regni Generalibus Var„
saviæ, Anno Millesimo Septingentesimo
Trigesimo Sexto celebratis, adhuc vitam a„
gente suprafato alta memoriæ Duce Ferdi„
nando, annis jamgravatâ in casum de„
cessus Illius, ut alio Duci cum Successo„
ribus Eius Masculis de Lumbis proce„
tibus Ducatum Curlandiæ et Semigalliæ
daremus et conferremus cum adjectis„
conditionibus per futurum Ducem ex„
plendis in hac Constitutione fusius
explicatis. Visum fuit protunc Nobis
Ernestum Joannem de Biron in Du„
cem Curlandiæ et Semigalliæ evehere
Illiq; justa Conditiones Lege proscriptas
Investituram unà cum Masculæ Pro„
le de Lumbis procedente dare. Verum
quoniam contra opinionem Nostram
prafatus Ernestus Joannes de Biron
Dux ita Gratus et Jactus, neq; Bonames,
q; Ducalis ab Oneribus liberavit, neq; ali,
as conditiones adimplevit, imo contra
Feudatarij obligationem in alijs Dilio„
nibus in officio Primi Ministri, postea

et

et Regentis ita se gessit ut eadem ab om„
nibus his Dignitatibus per malefacta, se„
questrationem Personæ suæ in se traxe„
rit una cum Masculâ Prole, neque am„
plius possibilitas reditus Illius ad Re„
gimen Ducatus Curlandiæ et Semigal„
liæ, extat. Nos deliberatione Senatus,
data super his propositione, ex Con„
clusu Eius, prout fusius articulus Se„
cundus Resultati Senatus Consilij obti„
quitur, non esse differendam declara„
tionem Vacantiæ Feudi Ducatus Cur„
landiæ et Semigalliæ, judicavimus, pro„
ut Die Decimâ Sextâ Mensis Novembris
in Annô præsenti absq ulteriori mora,
separato Nostro Diplomate, rationes am„
plæ enarrante, Ernestum Joannem de Bi„
ron una cum Masculâ Prole abscessisse
a prærogativa, Dignitate Ducatuum
Curlandiæ et Semigalliæ, et a munij„
reditibus, et emolumentis ad Eos Duca„
tus spectantibus decrevimus. Feudum
Ducatuum Curlandiæ et Semigalliæ va„
cans declaravimus. Suscipientes autem
grato animo, primo Nobilitatis Curlan„
diæ et Semigalliæ et post Senatorum in
Consilio Trigesima Mensis Octobris pro„
sentium

sentium propensum animum erga Nos
et Serenissimum Regium Nostrum Prin„
cipem Carolum Dilectum Filium, fa„
cile Cor Nostrum Regium simul et Pa„
ternum vobis Senatorum Regni, et M=
D. Lill.e, junximus, prout et jungimus;
Inhærendo3 Constitutioni Anni Mil„
lesimi Septingentesimi, Trigesimi Sex„
ti Serenissimum Regium Nostrum Prin„
cipem Carolum, Dilectum Filium una
cum Ejus Masculis Successoribus na„
scendis de Lumbis procedentibus in
verum et legitimum Ducem Curlandiæ
et Semigalliæ cum Titulo et Dignitate
ijsq omnibus quæ utriq Ducatui anne„
xa antiquitus erant, Obtenorem Pri„
vilegij Gotthardo Duci olim Curlandiæ
et Semigalliæ in Anno Millesimô Sep„
tingentesimô Sexagesimô Primô concessi
mus, authorisamus, et constitu„
imus. Quoniam autem hoc Diplo„
ma Nostrum referibiliter tantum
ad Diploma Futurum circa Investitu„
ram dandum concessimus. Idcq qu„
od Serenissimus Regius Princeps No„
ster et Dilectus Filius; Jam vero nunc
Dux Curlandiæ et Semigalliæ creatus

Juramentum

Juramentum Fidelitatis Nobis et Reipu„
blicæ circa aliud Investituræ Diploma
in Persona non expleverit, nulla admi„
nistrationis munia in Ducatibus Cur„
landiæ et Semigalliæ exercere poterit,
neque in Spiritualibus neque in tem=
poralibus Jurisdictionem pretende„
re; Ut autem Ducatus Curlandiæ et
Semigalliæ post Octo decem Annos va„
diosa mora quantocius Duris Regimen
justa Pacta subjectionis Formulam
Regiminis consequantur, Investitu„
ram Serenissimo Regio Nostro Principi Caro„
lo, et Dilecto Filio Duci Curlandiæ et
Semigalliæ conferre, juxta practicatum
in similibus modum non dedignabi„
mur, Diemq; sollennis hujus Actus
Secundam Mensis Januarij Anni Fu„
turi Millesimi Septingentesimi Quin„
quagesimi Noni hic Varsaviæ assigna„
mus. In quorum fidem præsentes Ma„
nu Nostra subscriptas Sigillo Regni
et Magni Ducatus Lithuaniæ commu„
niri jussimus. Datum Varsaviæ Die
XVI Mensis Novembris Anno Domini
MDCCLVIII Regni vero Nostri XXVI An„
no. Augustus Rex. Diploma provisio=
nale

nale Collationis Feudi Ducatuum Curlan„
diæ et Semigalliæ Serenissimo Principi
Regio Carolo, Eorundem Ducatuum Du„
ci. Locus Sigilli Majoris Cancellario
Regni: Adalbertus Rakowski Socillator
Jerz Visnenois Sigilli Majoris Regni
Secretarius mp Locus Sigilli Minoris
Cancellariæ M. D. Litt. Adamus Chma„
ra Socillator Plus Minus S. R. Mtis Si„
gilli Mi D. Litt. Secretarius mpp. Ac te„
go vero ejusdem Diplomatis verba sunt
hæc Cancellariatu Illmi et Excellmi
Dñi Joannis Comitis in Konskie et
Białozew a Mataikowice Mataikow„
ski Supremi Cancellarij Regni Grode„
cen. et Ostrolęcen. Capitanei Sigillatum.
Pro Cancellariatu Illmi Excellmi Dni
Michaelis Comitis in Bychow Zastaw
Dombrowna et Sapiezyn Sapieha Pro.
Cancellarij M. D. Litt. Tucholiensis, Vilko„
viscen. & Capitanei Sigillatum est in
Actis. Quod ejusmodi Diploma, sicut
præmissum, oblatum Nos ad Acta pra„
sentia Metrices Regni, suscipi, ijsdem
inseri et Parti postulanti authentice
extradi, Originale verò rursus Eidem
Venerabili offerenti restitui permisi,

mus

mus de quo recepto Cancellariam Nostram
quietavit, præsentibus quietat, et ma„
nu propria se se subscribit. Gabriel
Joannes Junosza Podoski Supremus Re„
gni Notarius Præpt̃us Cath: Cracovien
et Trm̃ Regior Poloniæ Principum Cancel„
larius mpr

Actum Varsaviæ
Feria Tertia Ip=
so Die Festi Pt̃d„
sanctissimæ Beatis„
simæ Virginis Ma„
riæ Die Scilicet
Vigesimâ Primâ
Mensis Novembris
Anno Domini Mil„
lesimô Septingen„
tesimô Quinquage„
simô Octavô.

Cedunt de Villa Kazan Mfiii
Ministrowie Marschalci,
vid Regni Conjuges Mtcis
Brostowskim Castellanis Pc„
tocensibus Cunjugibus.

Augustus Tertius &c Significamus &
Tenore coram Nobis Nobis Actis
præsentibus

præsentibus. Metrices Regni Canella„
rius Noster Majoris personaliter com„
parentes Magnifici Georgius Vandali„
nus Mniszech Marschalcus Curiæ Re„
gni, et Amalia de Brühle Conjuges
sani mentibûs et Corporibus existen„
tes, a Foro, Terris, Districtibus et Ju„
risdictione sua quavis propria et
competenti recedendo, præsentiæ„
ro Nostræ Regiæ Jurisdictione secun
Bonis suis generaliter subiiciendo,
et inviolorando sponte, palam libe„
rè, ac per expressum recognoverunt,
præsentibus recognoscunt. Quia
Illi inhærendo Privilegiis conventûs
Nostri. Ipsis super infrarecognosce„
da à Nobis gratiose collato, Manu
Nostra Regia subscripto, et Sigillo
Majoris Cancellariæ Regni commuui„
to, ad præsens in suo Originali ex„
hibito, cujus tenor sequens est. Au„
gustus Tertius Dei Gratia Rex
Poloniæ, Magnus Dux Lithuaniæ,
Russiæ, Prussiæ, Masoviæ, Samo„
gitiæ, Kijoviæ, Volhyniæ, Podoliæ,
Podlachiæ, Livoniæ, Smolenciæ„
Severiæ, Czerniechoviæ nec non
Hæredita=

Hereditarius Dux Saxoniæ et Princeps
Elector. Significamus præsentibus Lite„
riis Nostris quorum interest Universis
et Singulis, convenisse et permisisse, con„
sentireq et permittere Magnificis Geor„
gio Vandalino et Amelia de Brühl Mni„
szech Marschalcis Curiæ Regni Conju„
gibus, ut possint et valeant de Omni
et integro Jure suo Advitalitio quod
Ipsis super Villam Kazun dictam, in
Palatinatu Mazoviæ Terra Varsavien„
sitam servit et competit, cedere illudq
in Personas Magnificorum Adami et
Genovefæ de Ogińskie Brzostowski Castel„
lanorum Polocensium Conjugum plena„
rie transferre et transfundere. Quæqui„
dem Cessio Juris transfusio posteaqua
coram Actis quibuscunq authenticis
Regni facta et recognita fuerit; Nos
eam ratam et gratam habituri su„
mus, ut eam quæ præmissa hocce conven„
su Nostro peragetur. Vigore cujus Ces„
sionis Jurisq transfusionis, in virtu„
te præsentis Conventus Nostri facta
prædictam Villam Kazun cum omni,
bus Curijs, prædijs, ædificijs, agris, pra„
tis, campis, Sylvis, gajis, borris, nemo,

ribus

ribus, lacubus, fluvijs, fluminibus, Sta„
gnis, piscinis, molendinis, braxatorijs,
tabernis, Subditis, eorumq diurnis la„
boribus, censibus, dationibus, commo„
dis et emolumentis cunctis denig atti„
nentijs et pertinentijs, nullis penitus
exceptis, ita late, longe et circumferen„
tialiter prout ab antiquis, et immedia„
tis Possessoribus tenebatur, memora„
ti quoq Magnifici Adamus et Jenevo„
fa, de Oginskie Brzostowski Cojuges
tenebunt, habebunt, et possidebunt
ad extrema vitæ sua tempora. Pro„
mittimus autem pro Nobis et Sere„
nissimis Successoribus Nostris, non
esse Nos Serenissimoq Successores
Nostros, predictos Magnificos Ada„
mum Jenovefam Brzostowskie Con„
juges abusu et pacifica possessione
dictæ Villæ amoturos aut alienatu„
ros neq anovendi aut alienandi cui„
piam potestatem daturos, sed salvo
et integrum Jus advitalitium Illis
conservaturos quod Sermi Success„
res Nostri præstabunt Juribus No„
stris Regalibus, Reipublicæ Eccles„
doq Romano-Catholicæ salvis manen„

tibus

tibus Jn cujus fidem præsen manu Nostrâ
subscriptas Sigillô Regni communiri jus„
simus. Datum Varsaviæ Die XIII Mensis
Novembris Annô Domini MDCCLVIII Re„
gni vero Nostri XXVI Annô. Augustus Rex
Locus Sigilli Majoris Cancellaria Regni
Consensus cedendi de Villa Kazun in Ter
Masovia, Terra Varsavien. Magn Je„
orgio Vandalino et Amelia de Brühl
Mniszech Conjugibus in Personas Ada„
mi et Jenovefa de Oginskie Brzostowski
Castellanorum Polocensium Conjugum
datur. Adalbertus Rakowski Docilla„
tor Jer Visnen. Sigilli Majoris Re„
gni Secretarius. A tergo vero ejusdem
Privilegij verba sunt hæc. Cancellari„
atu Illmi et Rcellmi Dñi Joannis
Comitis in Konskie et Bialaczow à Ma„
tachowice Matachowski Supremi Can„
cellarij Regni, Prodecen, Osterzecen &c
Capitanei Sigillatum. de omni et in„
tegro Jure suo advitalitio quod et quale
Ipsis vigore Juris et Privilegij super
prædictam Villam Kazun in Palatina„
tu Masovia Terra Varsaviensi sitam,
servit et competit, servireq et compe„
tere potest, jam exnunc et deinceps Ma,

gnificis

gnitijis Adamo Brzostowski Castellano
Polocensi, et Genovefa de Oginskie Conju„
gibus verò, meró, puró. et irrevocabilis
Cessionis titulò, cum omnibus usibus
fructibus, emolumentis, curijs, agris, are„
is fluminibus omnibusq attinentijs et
hæc. Pro Cancellariatu Illrmi Excellmi et
Reūmi Dni Michaelis Comitis de Granow
Wodzicki Decani Cathedralis Cracoviensis,
Abbatis Commendatarij Cervenensis et Clare
Tumbæ Pro Cancellarij Regni Sigillatum. Quod
ejusmodi

ejusmodi Privilegium Juris Caduci prœin-
sertum Nos ad acta præsentia Metrices
Regni suscipi, ijsdem inseri et Sarti postu-
lanti authentice extradi, Originale vero uti-
sus Eidem Jnõso offerenti restitui, de qus re-
cepto Cancellariam Nostram quietavit, præ-
sentibusq; quietat, et Manu propria se Sub-
scribit. Jozef Kurowicki. Jn Quorum fidem
Actum et Relatio ut supra.

Actum Varsaviæ, Feriâ
Secundâ ante Festum SS.
Fabiani et Sebastiani
proximâ, Die scilicet
Decimâ Quinta Men-
sis Januarij Annô Do-
mini Millesimô Septin-
gentesimô Quinqua-
gesimô Nonô.

Oblata Diplomatis Investituræ
Serenissimi Principis Regij Caroli in
Ducatus Curlandiæ et Semigalliæ
Augustus III etc.

Significamus de Quòmodo coram Nobis, Actisq;
præsentibus Metrices Regni Cancellariæ
Nostræ majoris personaliter comparens
Venerabilis

Venerabilis Gabriel à Podosie Podoski Refe-
rendarius Regni Spiritualis, Præpositus Ca-
thedralis Cracoviensis, Serenissimorum Prin-
cipum Regiorum, Filiorum Dilectissimorum
Nostrorum Cancellarius, obtulit ad actican-
dum, Actisq; præsentibus inscribendum Ori-
ginale Diploma Investituræ in Ducatus
Curlandiæ et Semigalliæ Serenissimo Prin-
cipi Regio Nostro, Carolo, Eorundem Duca-
tuum Duci, hic Varsaviæ Die Octavâ Men-
sis et Anni nunc currentium per Nos beni-
gniter datum, Manu Nostrâ Subscriptum,
et Sigillis Majestaticis Regni Majoris, et
Magni Ducatûs Lit̃æ Minoris, Cancellaria-
rum, in pixidibus argenteis pensilibus muni-
tum, salvum, sanum et illæsum omniq; pror-
sus Suspitionis notâ carens tenoris sequentis:

In Nomine Domini. Ad perpetuam rei
memoriam. Nos Augustus Tertius Dei
Gratiâ Rex Poloniæ, Magnus Dux Lithua-
niæ, Russiæ, Prussiæ, Masoviæ, Samogitiæ,
Kijoviæ, Volhyniæ, Podoliæ, Podlachiæ,
Livoniæ, Smolenscia, Severiæ, Czerniecho-
viæq; nec non Hæreditarius Dux Saxoniæ
et Princeps Elector. Significamus præsen-
tibûs Literîs Nostris, Quorum interest, Uni-
versis

versis et Singulis. Postquam quassata malis uni-
versa Livonia, ac Generosa Nobilitas Hujus Provin-
cia, Belli protunc Moschovitici mole oppressa, Ordi-
nesq omnes cum Civitatibus, Statibus, atq Incolis
sub pondere ferri vix spirantes, salutis, Libertatisq
sua retinenda in solo Serenissimorum Regum Patro-
cinio Regni, Magnique Ducatûs Lithuania defensio-
ne, spem posuissent, deficienteq absolute Impera-
torum Sacri Romani Imperij ope, et auxilio, et fru-
stra diu implorato, sola Serenissimorum Regum
Polonie potestas, obicem ruinis illorum ulterio-
ribus, et malis ponere valuisset Illustrissimusq
olim Princeps Dominus Gotthardus Curlan:
die et Semigallie in Livonia Dux, tunc tem-
poris Equestris Ordinis Theutonici Magister
cum Livonie Nobilitate, Civitatibus, Statibus,
atq Ordinibus omnibus, se in fidem, et potestatem
Serenissimi Predecessoris Nostri Divi Sigismundi
Augusti, et Successorum Regum Polonie, Re-
gnique et Magni Ducatûs Lithuanie, & erat-
numq annexarum Provinciarum contulisset,
et in perpetuum subjecisset: Tota integralis
Livonia, Conditionibus, Pactis subjectionis
firmatis, in fidem, potestatem, ac Ditionem
Serenissimi Divi Sigismundi Augusti Prede-

cessoris

cessoris Nostri, Successorumq; Ejus Regum Poloniæ,
nec non Regni, et Magni Ducatûs Lithvaniæ, ita
juste et legitimè recepta est. Cumq; in adducenda
Livoniâ Provincia ad subjectionem Regibus
Poloniæ, mutato, ex Consilio Equestris Ordi-
nis Statu priori, Illustrissimus olim Prin-
ceps Dominus Gotthardus, tum temporis Ordi-
nis Equestris Theuthonici Magister, postea
Dux Curlandiæ, et Semigalliæ singulare
studium demonstrasset, Serenissimusq; Rex
Divus Sigismundus Augustus Prædeces-
sor Noster, eam rem approbando exvi supre-
mi directi, et naturalis Dominij, Ducatûs
Curlandiæ et Semigalliæ in Livonia, supra-
fato Domino Gotthardo de Kettler unacum
Masculis de Lumbis procedentibus cum Dig-
nitali Titulo, Dignitate, Insignibus, Privile-
gijs, Ducalibus in Feudum concessisset, ex-
indeq; Illustritas Sua Vasallus Poloniæ
Faudatarius Princeps Regni, et Magni
Ducatûs Lithvaniæ, membrumq; Rei-
publicæ factus fuisset, prout Diplomate
jam ante Divo Prædecessori Nostro Domi-
no Stephano Regi exhibito, ac Vilnæ Vige-
simâ Octavâ die Novembris Annô Domini
Millesimô

Millesimô, Quingentesimô, Sexagesimô Primô,
perscripto, et Sigismundi Augusti Predecesso-
ris Manu Signatô, Sigillô autem Ejus annulari
roboratô, fusiùs continetur. Quod præterea cum
Illustritas Ejus de Solenni sua Investitura Feu-
dali, Serenissimum Predecessorem Divum Si-
gismundum Augustum aliquoties appellasset,
et per temporum rationem, Magnitudinemq;
Regni negotiorum, voti sui compos, Regnante,
viventeq; predicto Divo Antecessore Nostrô
effici non potuisset, postea verô à Serenissimo
Stephano Rege, et Predecessore Nostro ad Regni
Polonici, Magnique Ducatûs Lithuaniæ Fastigium
Dei benignitate evecto diligentissimis precibus,
Confirmationem suorum Jurium a Divo Sigis-
mundo Augusto concessorum, et Ducalem
Feudi Investituram prius in Comitijs ab eodem
Divo Stephano habitis flagitasset, sed cum ma-
gnitudo, varietasq; negotiorum Ejus Serenita-
tis, tum locorum intervalla id à Serenitate
Ejus præstari non paterentur, ejusq; rei per-
agendæ ex Consilio Regni Nostri Consiliario-
rum qui partim Serenitati Ejus adfuerunt,
partim per Literas de eo appellati fuêre
pariterq; eorum, qui ex Magno Ducatu
Lithuaniæ

Lithvaniæ frequentes Serenitati Ejus in Sena-
tu assederunt in alium locum, tempusq; opportuni-
tate Ejus rei constituta, cum Illustritas Sua
ad Diem Quartam Mensis Augusti, Annô Do-
mini Millesimô, Quingentesimô, Septuagesi-
mô, Nonô sub generalem Exercituum delectum
et recensitum ad Flumen Dunam prope Dis-
nam, quo in loco Idem Serenissimus Prædi-
cessor Noster Castra locaverat accessisset, inq;
Castris, et Territorio Serenitatis Ejus Investi-
turam ab eodem Serenissimo Prædecessore
Nro petijsset, et Fidelitatis, subjectionisq; Jus-
jurandum Eidem Serenissimo Prædecessori No-
stro, Ejusq; Successoribus Supremis, Directis, Na-
turalibus, et perpetuis Dominis Regno, Ma-
gnoq; Ducatui Lithvaniæ præstitisset, quod
cum Idem Serenissimus Prædecessor Noster
Stephanus Rex ex Consilio Senatorum, tam
Lateri Ejus assidentium, quam per Literas de
eo requisitorum prænominatum Illustrissi-
mum Principem Dominum Gotthardum
Curlandiæ et Semigalliæ Ducem ad Terras
Civitates, Oppida, Arces, Possessiones, quas
a Serenissimo memorato, Prædecessore No-
stro concessas habuit, ac Præeminentias,
Juraq; omnia, et singula, tradito ab Eodem

Serenissimo Prædecessore Nostro Stephano — Rege Solenni Ritu Feudali Vexillo Serenitas Sua investiverit, Serenissimus quoq; Sigismundus Tertius Poloniæ & Sveciæ Rex Illustrissimo Gotthardo è vivis Sublato, Filijs Illustritatis Ejus, Illustrissimis Principibus Dominis Friderico, et Vilhelmo Eorundem Jurium Confirmationem, et Ducalem Feudi Investituram diligentissimus itidem precibus flagitantibus prædictos Illustrissimos Principes Fridericum, et Vilhelmum Illustrissimum quidem Fridericum præsentem, Illustrissimum vero Principem Vilhelmum per unum ex Consiliarijs Fratris sui Vexillum porrectum apprehendentem ad Easdem Terras, Civitates, Oppida, Arces, possessionesq; ac præeminentias, Juraq; omnia et Singula traditô Solenni ritu Feudali Vexillô utrumq; in solidum sine tamen Ducatus dismembratione, Investiturâ condecoravit, et translatô ex humanis Serenissimo Ejusdem Sigismundo Tertio Illustrissimus Princeps Fridericus in felicis inaugurationis Serñi Regis Vladislai Quarti —

Prædecessoris

Prædecessoris Regni Comitijs, tam propter
difficultates itinerum, quam temporis angu:
stiam ad præstandum vigore Pactorum, et
Investiturarum homagium adesse non po:
tuisset, præfatus quoq; Rex absentiam Il:
lustritatis ejus in Bonam partem ex al:
legatis rationibus accipiens, præstatio:
nem Homagij ad proxima, tum Comitia,
vel Felicem Ejus adventum Vilnam Civi.
tatem Magni Ducatûs Lithvaniæ dis:
tulisset, prædictusq; Illustrissimus Dux
Curlandiæ Fridericus juxta responsum
Serenitatis Suæ, Solennis Juramenti Regi,
Regnoq; præstandi causa, Vilnæ in Per:
sona se stitisset, et Die Vigesima Mensis
Julij Senatoribus Lateri Serenitatis Suæ
assidentibus, in Magna Nobilitatis fre:
quentia Investituram a Sua Serenitate
petijsset, Jus jurandum juxta practicatum
in similibus modum, Regi Regnoq; præ:
stitisset, Junior vero tunc Illustrissimus
Dux Jacobus Suæ Illustritatis ex Fra:
tre Nepos hoc temporis interstitio præ:
sens, tanquam legitimus Successor, et à
Serenitate sua ad contactum Vexilli admis:

sus

sus, fuisset Serenitas Sua prædictum Illustris-
simum Principem Fridericum ad easdem Ter-
ras, Civitates, Oppida, Arces, possessiones, Jura q̃
omnia et Singula traditô solenni ritu feuda-
li Vexillô investiverit. In Comitijs vero Anni
Millesimi Sexcentesimi Trigesimi Octavi ā
sua Illustritatis ac Ducatûs Curlandiæ atq̃
Semigalliæ Nobilitatis eô nomine Varsaviam
ablegatis Inter-Nunciis Serenitas Sua interpel-
lata esset, dignaretur Consensum suum Re-
gium præbere, ut prædictus Illustrissimus Prin-
ceps Fridericus annuis gravatus liberam, et-
plenariam facultatem haberet transferre Re-
gimen, et Possessionem Ducatûs Curlandiæ
et Semigalliæ in Personam Illustrissimi-
Principis Jacobi ex Fratre Nepotis, Sereni-
tas sua ob præmemoratam Causam re hac-
prius cum Dominis Senatoribus Regni, Magnq̃
Ducatûs Lithuaniæ, in ijsdem Comitijs Regni
Generalibus Lateri suo assidentibus diligentis-
sime perpensâ, eôq̃ consideratô quod præno-
minatus Illustrissimus Princeps Jacobus vi-
gore Pactorum et Investiturarum a Sereniss-
imis Prædecessoribus Serenitatis Suæ Divis
Poloniæ Regibus concessarum, et per Sere-
nitatem-

nitatem suam ex Senatûs Consilio in solenni
Investiturarum Istarum renovatione con-
firmatarum tanquam simultaneè investitus
Princeps, et ex Pacto, et Providentia Avi, et Pa-
trui sui legitimus Successor petitioni huic
humillimæ et primævæ Subjectionis Pactis-
Investituris, atq; responsis tam suis, quam
Reipublicæ locum dandum, Consensumq; Re-
gium speciali in ijsdem Comitijs ex Senatûs
Consilio eô nomine datô Diplomate præben-
dum esse duxit, prout et præbuit. Et licet qui-
dem sua Illustritas Dux Fridericus Sud Sin-
ceritatis Consensum ex Senatûs Consilio pro
facienda in Personam Ducis Jacobi Cessione
à Serenitate sua per suum, ac Ordinis Eque-
stris Legatos obtinuisset, et certis Conditioni-
bus Cessionem fecisset, Duxq; Jacobus inhærens
do Consensui homagij præstandi Causa ad Sere-
nitatem suam in Persona præfixâ Die Vilnam
venisset nec non Juramentum præstare pa-
ratus solennem Investituram expediri a Se-
renitate sua humillimè sollicitasset, Sere-
nitas vero sua Cessionem illam non juxta
tenorem Consensûs factam fuisse cum Do-
minis Senatoribus ac Consiliarijs suis
Regijs Lateri suo Regio assidentibus ex Ces-
sionis

sionis Instrumento coram Serenitate sua pro-
ducto perspexisset, nihilominus tamen obinsi-
gnia dictorum Principum, ac inprimis Illu-
strissimi Ducis Friderici in Reges et Rem-
publicam merita, et ex singulari erga Do-
mum Ducalem affectu, et benevolentia de-
fectum non facta plenaria Cessionis ex ple-
nitudine potestatis sua Regiæ supplendo,
beneficium illud amplificandum, Cessionemq
illam conditionatam authoritate Regia sub-
levandam esse duxit, Eundemq Ducem Ja-
cobum ac Illius Hæredes Masculos legitimos
Feudi Successores, eô modô ad Terras, Civitates,
Oppida, Arces, Possessionesq à Dominis Il-
lustritatis sua Antecessoribus Avo, Ejusq Hæ-
redibus, ac Patruo Duci Friderico concessas, et
præeminentias, Juraq omnia, et singula tradito
a Serenitate sua solenni ritu, Vexillo Feudali
investivit Diplomate Consensus antea ex Se-
natûs Consulto a Serenitate sua obtentô,
uti fundamento totius istius Actus Salvô, et
in suo robore conservato, cujus vigore Illustrissimo
Principi Friderico ad placitum sui Cessionem
realem et plenariam cum Jurisdictione et
Regimine in Personam Ducis Jacobi facere,

intra

intra tamen Fatalia Juris faculias concessa fuit.
Si vero contigisset Ducem Jacobum post fa:
ctam sibi a Duce Friderico Cessionem absq;
prole Mascula è vita decedere, tunc nihilomi:
nus Idem Ducatus non obstante eâdem Ces:
sione ad Ducem Fridericum redire, ac penes
Ipsum vigore præteritarum Ipsi concessarum
Investiturarum remanere debuisset. Ducem
quoque Jacobum etiam non obtentâ ante De:
cessum Illustrissimi Principis Friderici Ces:
sione vi Pactorum primævorum, et Investi:
turarum, tum quoq; diversorum responsorum,
Homagijq; istius intuitu circa Feudum et Du:
catus Possessionem cum pleno Regimine,
itidem ejusdem Investitura vigore conservavit,
Serenissimosq; Successores conservare debe:
re decrevit, hâc speciali conditione adjectâ,
ut Dux Jacobus, sive post cessum, sive post
decessum Ducis Friderici non prius posses:
nem illius Ducatûs adire, Jurisdictionemq;
exercere potuisset, donec per Commissarios ad
faciendam Introductionem à Serenitate sua
deputandos legitime intromissus fuisset. Posses
sione porro rite & legitime prævia Cessione

et Investitione cum pleno Regimine adepta, et
per aliquos Annos juxta Investituram pacifice
possessa, cum sublato ex humanis præfato Sereniß-
simo Rege Vladislaõ Quartõ, et in Regem Po-
lonia electõ Serenissimõ Joanne Casimiro Ante-
cessoribus Nris prænominatus Illustrissimus
Princeps Jacobus in Comitijs Coronationis Illius
ad præstandum Homagium per Inter-Nun-
tios gratiam Illius humillime expetijsset, Sere-
nissimus Joannes Casimirus Illustrissimum
Principem Dominum Jacobum pari affectu, et-
benevolentiâ complexus, novum eidem Bene-
ficium concepit, ut per Legatos suos cum debi-
ta Fidelitatis, et subjectionis Jesera solitâ
praxi Homagium præstare, et Investituram
Ritu consuetõ recipere posset. Quâ benevolen-
tiâ Regiâ condigne acceptâ, Is Idem Illustriß-
simus Princeps Dominus Jacobus ad Sere-
nissimum Joannem Casimirum Antecessorem
Nostrum Legatos suos Generosos Georgium
Fischer de Friedem Supremum Primæ Instan-
tiæ Mitaviensis Capitaneum, atq; Georgium
Goetz Capitaneum Schrundensem misit, qui
Varsaviæ Die Vigesimâ Mensis Maij Anno

nô Domini Millesimô Sexcentesimô, Quadragesi-
mô Nonô, coram Throno Regio in Manibus Illius
solenni ritu Nomine Illustrissimi Principis
Domini Jacobi Homagium præstiterunt, et vi-
cissim à Serenissimo Prædecessore Nostro Jure
Gratiæ Feudale Vexillum cum Investitura re-
ceperunt. Is Idem Jacobus Dux a Sereniss-
mo Michaële per Legatos Suos Generosos Chri-
stophorum Henricum Puttkamer Supremum
Capitaneum Tuckumensem et Georgium Firks
Colonellum, similem ritu solenni traditione
Vexilli acceperat Gratiam. Joanne Tertiô
Prædecessore Nostro ad solium Regni Polonia
evecto simile Beneficium recipiendi per Le-
gatos Investitura Duci Jacobo concessum, et qui-
dem ultimâ Die Julij Annô Domini Milles-
mô, Sexcentesimô, Septuagesimô, Sextô, Actu
Solenni designata; Ast ob bellum Otthoma-
nicum in aliud tempus prorogatione factâ,
non nisi post reditum ab expeditione Bellica
Regis Annô eôdem terminatis Generalibus
Regni Comitijs per Legatum suum Genero-
sum Evaldum Pfeilitzer nominatum Franck
Cancellarium, et Supremum Consiliarium
Juramentum Fidelitatis Regi Poloniæ Joan-
ni

ni Tertio Dux Jacobus explevit, et traditô
Sibi Feudali Vexillô Jnvestituram accepit.
Non multo post Jacobo Duce vitâ functô,
cum Illustritatis Ejus Filius Illustrissi-
mus Princeps Dominus Fridericus Casi-
mirus ex Jure Primogenitur& Pacto, Provi-
dentia Prodvi, Parentis Patrui, et Parentis
Ipsius ad possessionem Feudi sese transtu-
let, quod juxta Decretum Divi Sigismundi
Tertij integrum, et indivisum tam ratione Ju-
risdictionis, quam Bonorum manere semper de-
bet, humillimeq; a Divo Joanne Tertio Prædece-
sore Nostro petijsset, ut concessô semel Beneficiô
Domino Jacobo Parenti suo, etiam Ipse ex Gra-
tia Regia Simili frui possit. Hoc est non in
Persona, sed per Legatos explendi Juramentum
Fidelitatis. Curnq; annuente Joanne Tertiô Præ-
decessore Nrô ad reddendum Homagium reci-
piendarnq; Jnvestituram Principis Friderici Casi-
miri Legati Generosi Christophorus Henricus
Liber Baro de Puttkamer Supremus Ducatûs
Præfectus, et Dietericus ab Altem = Bockum
Supremus Ejus Mareschalcus, hic Varsaviæ Die
designata comparuissent, Terminusq; Actus Jnve-
stitur&

stitura ad Diem Vigesimam Quintam Mensis Martij Anni Currentis Millesimi Sexcentesimi, Octuagesimi Tertij prorogatus fuisset, superiusq; nominati Legati cum advenissent, porrexissentq; Suplicem Libellum non tantum pro Duce Friderico Casimiro, verum etiam ut in casu aliquomodo deficientis in Masculo Sexu Linea Friderico Casimiriana Illustrissimo Domino Ferdinando, et in Casu Ferdinandinea lapsûs, Illustrissimo Domino Alexandro, Eorumq; Illustritatum legitimis Successoribus Masculis Jus simultaneæ Investituræ conferre Serenissimus Rex dignaretur, Gratiâ Regiâ ad petita sua potiti sunt. Friderico Casimiro Duce ad æterna translato Fridericus Vilhelmus suæ Illustritatis superstes Filius Minorennis sub Illustrissimi Ferdinandi Ducis Tutela mansit, dein brevi vitam cum Morte commutando Illustrissimo Alexandro in vivis jam non extante ad capessendum regimen Ducatuum Curlandiæ et Semigalliæ soli Ferdinando Duci aperuit viam, et cum diu tam ob calamitosa tempora quam ægram valetudinem Illustritas sua Homagium reddere Regi suo non potuisset, ultimusq;

musq; de Linea Kettleriana Gotthardi Ducis tra-
xisset vitam sine spe futurae Prolis, prescindendo Res-
publica factiones in Ducatibus, et cassata eventuali
Electione Juribus suis prejudiciosa, concessit Duo
Ferdinando per Legatum suum Homagium reddere,
prout et Illustritas sua Vigesimâ Quintâ Mensis
Februarij Millesimô, Septingentesimô Trigesimô
primô per Legatum et Plenipotentem suum Gene-
rosum Fridericum Gotthardum a Bülow Intimum
Belli Consiliarium reddidit, et à Divo Augusto Se-
cundo Prædecessore et Parente Nostro Investitu-
ram solenniter recepit. Quoniam vero ad declivium
vergente ætate Illustrissimi Ferdinandi Ducis,
cessanteq; in Persona Ejus Masculâ Prole de Kettle-
riana Familia Gotthardi olim Ducis procedenti-
varie scissiones Nobilitatem Ducatuum Curlan-
die et Semigallie ~~ p r d r e b a n t, pseudoq; Ele-
ctioni per Rempublicam cassatæ plurimi adhæ-
serant; Quare Respublica stante adhuc in vivis Fer-
dinandô Duce voluit de Ducatibus Curlandiæ,
et Semigalliæ disponere, prout et in Anno Mil-
lesimo Septingentesimo Vigesimo Sexto dispo-
suit, ut post fatæ Ducis Ferdinandi cujus illæsum
Jus manutenere declaravit, Hi Ducatus Cur-
landiæ et Semigalliæ formali incorporatione
Regno, Magnoq; Ducatui Litt^æ cum annexis

Provincijs

Provincijs excludendo novi Principis infeudan=
di substitutionem, jungerentur; Atq eõ nomi=
ne Commissionem Ordinum Regni assensu
expedivit pro nova horum Ducatuum Curlan=
diæ et Semigalliæ, faciendâ ordinatione, e
quo ad utile, et quo ad directum Dominium in=
corporatione cassatis quibûsvis actibus, et ex
actis eliminatis Reipublicæ Juri contrarijs,
et quidem in Annõ Millesimo Septingentesi=
mo, Vigesimo Septimo hæc Commissio Quintâ
Decembris ad tenorem Legis expedita, nullam
jam spem reliquerat huic Provinciæ, ut ali=
quando sub Ducis Regimen reverteretur, sed
cum Nobilitas Curlandiæ et Semigalliæ Re=
gimini sub Duce assveta, ad Pacta subjectio=
nis, Formulam Regiminis, aliasq Reipubli=
cæ Commissiones recurrendo suppliciter ro=
gaverit, ut Ordines Regni attentâ Illorum
primævâ Lege, cum qua sese Regno et Ma=
gno Ducatui Lithvaniæ, ac annexis Provin=
cijs incorporarunt, antiquum sub Duce Regi=
men Ipsis restituerent. Respublica petitio=
ni Illorum assensum dando Statuit in Comi=
tijs Regni hic Varsaviæ in Anno MDCCXXXVI,
et Ordinatione MDCCXXVII. Ducatuum
Curlandiæ

et Semigalliæ quò ad punctum exclusionis iñi
Feudandi in futurum Novi Ducis transformata,
iterum Curlandiæ et Semigalliæ Nobilitas
sub Ducis Regimen rediret, adjectâ Conditio
ne, ut post decessum Ducis Ferdinandi in
vivis adhuc exstante, infeudandus a Nobis no-
vus Dux, juxta practicatum in similibus
Diploma, Pacta Subjectionis, Formulamq;
Regiminis, Bona Mensæ Ducalis in rem
et emolumentum Feudi ab oneribus liberaret,
ac obstrictus vasallatui nostro Subsidia Mili-
tum pro Reipublicæ commodo, assecuraret:
Ad quas Conditiones novo Duci prascriben-
das Commissio Millesimi Septingentesimi
Vigesimi Septimi prorogata, Pedani opus-
suum continuavit. Illustrissimo Duce Fer-
dinando ultimo de Ketleriana Familia ex
Gotthardo Duce procedenti in Anno Mille si-
mo Septingentesimo Trigesimo Septimo, Die
Quartâ Mensis Maij Pedani claudente Diès-
vitæ, dedimus ad Supremos Ducatuum Cur-
landiæ et Semigalliæ Consiliarios, tum Ge-
nerosam Nobilitatem Mandatum, quate-
nus in obsequio, et subjectione, ac Fidelitate

erga

erga Nos, atq; Rempublicam intaminatè
perseverent, Administrationem Justitiæ, Cur-
sum Judiciorum continuent, ulteriorem No
stram desuper dispositionem expectent. Con-
stitutione itaq; Millesimi, Septingentesimi
Trigesimi Sexti Ducatibus Curlandiæ &
Semigalliæ Regimen Ducum à Nobis infeu-
dandorum, vacantiarn vero Feudi morte Illu-
strissimi Ferdinandi Ducis ultimi de Gotthar-
di Familia declarante Ernestum Joannem
de Biron Comitem Sacri Romani Imperij,
in Ducem Curlandiæ et Semigalliæ consti
tuimus, et creavimus, et postea solenni tradi-
tione Feudalis vexilli investivimus, ex quo ju-
xta Constitutionis suprafatæ obloquentiam con-
ditiones adimplendi, videlicet exonerationis
a Debitis Bona Mensæ Ducalis in rem, et
emolumentum Feudi, tum Subsidia Militum
pro Servitio Reipublicæ subministrationis ex
vi vasallatus præcæteris aptior videbatur, et qui-
dem in anno, Millesimo Septingentesimo Tri-
gesimo Septimo, Die Decima Tertia Mensis Ju-
lij, Provisionali Diplomate Joannes Ernestus
de Biron Sacri Romani Imperij Comes a No-
bis creatus, in anno vero Millesimo Septingen-
tesimo Trigesimo Nono, Vigesimâ Tertiâ
mensis

Mensis Junij solennem Investituram per Lega-
tum suum Generosum de Tinckl Cancellarium,
non tamen in Persona, prout Lex Millesimi Se-
ptingentesimi Vigesimi Sexti obligat, cum tra-
ditione Feudalis Vexilli accepit: Verum quan-
tum opinionem Nostram ac expectationem uti-
litatis publicæ fefellit, animo capere non pos-
sumus, ex quo post concessionem sibi in Feudum
Ducatuum Curlandiæ et Semigalliæ et post-
acceptam licetsi per Legatum Investituram
in Ducatibus ad capessendum Regimen præsens
nunquam extitit, eõq; intuitu Juramentum
Fidelitatis à Curlandis non recepit, neq; Bona
onerata Mensæ Ducalis in rem et emolumen-
tum Feudi liberavit, neq; alias Conditiones ad-
implevit, imo contra Feudatarij obligationem
ex Supremo Ministerio Aulæ Petroburgen-
sis se non exuit, quinimo sub Regentis No-
mine perseveravit, ibiq; in his Officijs et Digni-
tatibus ita se gessit, ut sequestrationem Per-
sonæ suæ una cum Masculæ Prole inse tra-
xerit, et licetsi casus illius ex vi solius Mi-
nisterij et Regentiæ in alienis Ditionibus
subsecutus, non adeo Nos obligaverat, ut Sub-

levare

levare Illum ex hoc infortunio debuissemus,
nihilominus accedente etiam Senatûs Consilij
Resultato Millesimo Septingentesimô Quin-
quagesimo, quæsivimus per Officia Nostra
in Amica Vobis Petroburgensi aula pro
parte Ejus favorabiliores decisiones, sed ra-
tiones Statûs Aulæ Peterburgensis omnes
alias absorpserunt: Igitur cum Nobilitas
Curlandiæ, et Semigalliæ ab octodecem
Annis apprimissum sub Duce Regimen à
Republica expectans, sortemq̃ meliorem
Joannis Ernesti de Biron supplicibus
semper Nos desatigaverit precibus, et par-
ticulariter per Generosum Joannem Er-
nestum de Schöppingle, prout Instructio
Ejus Additionalis Mitaviæ Millesimo
Septingentesimô, Quinquagesimô Octa-
vô Die Decimâ Tertiâ Mensis Septem-
bris, Articulô Quartô obloquitur, ut in
casum impossibilitatis reditûs Joannis
Ernesti de Biron ad Regimen Ducatuum
Curlandiæ et Semigalliæ, Ejusq̃ Masculæ
Prolis, post Declarationem vacantiæ Feu-
di alium Ducem investire dignaremur, spe-
cialiter autem, ut pro Serenissimo Regio Prin-

cipe

cipe Carolo Dilecto Filio Nostro Oratorem
ageret. Inq̃ Ipsõ tempore Magnificus Baro
de Pros Minister Aulæ Petropolitanensis in-
hærendo Mandatis Imperialibus scripto de-
claravit eliberationem Ernesti Joannis de
Biron una cum mascula Prole nunquam sub-
sequi posse propter validissimas Statûs ra-
tiones; Quare Nos data Senatui in hoc puncto Diè Trigesimâ Mensis Octobris annõ Millesimõ Septingentesimõ Quinquagesimõ Octavõ immediate elapsõ ad deliberandum propositione, ex Resultato hujusce Senatûs Consilij non amplius differre Constitutionis Anni Millesimi Septingentesimi Trigesimi Sexti executionem potuimus, ut Ducatus Curlandiæ, et Semigalliæ sub Duce Regimine fruantur, authentice autem, et clare patefactã impossibilitate reditûs Ernesti Joannis de Biron ad Regimen. Hujus Provinciæ, vacantiam Feudi Ducatuum Curlandiæ et Semigalliæ Anni Millesimi, Septingentesimi, Quinquagesimi Octavi immediati, Diè Decimâ Sextâ Mensis Novembris separatõ Diplomate Nostrõ fusius enarrante declaravimus, et eadem Diẽ seorsivõ

itidem

itidem Diplomate Nostro, Serenissimum Ca-
rolum Principem Regium, et Dilectum Fili-
um Nostrum in Ducem Curlandiæ et Semi-
galliæ constituimus, et creavimus una cum
Successoribus Masculis de Lumbis procedenti-
bus, ad Normam Diplomatis Illustrissimo-
olim Gotthardo Duci dati, donec tamen Regius
Princeps, modo Dux Curlandiæ et Semigalliæ ac-
atus Juramentum Fidelitatis Nobis et Rei-
publicæ circa Investituram non expleverit nul-
la administrationis munia, et tam in spiritu-
alibus, quam in temporalibus nullam Jurisditio-
nem exercere Ipsi concessimus. Ne autem te-
diosa mora Statûs Curlandiæ et Semigalliæ de-
tineret, solenni Infeudationis Actui, Investituræ
Diem Secundam Mensis Januarij Anni præsen-
tis designavimus. Procedere itaq; ad acceptandum
Homagium Provisionali Diplomate secundam Diem
Januarij, Anni hujus denotante voluimus, sed qui-
niam visum Nobis fuit hoc tempus ad Diem
hodiernam prorogare, id circo siquidem hodie Sere-
nissimus Regius Princeps Carolus Dilectus
Filius Noster Curlandiæ et Semigalliæ in-
Livonia Dux, se coram Regio Nostro Throno ste-
tit, petens humillimè ut à Nobis Jure Gratiæ
Investiri posset; Accinximus Nos petitioni

Ejus

Ejus annuendo ad ea explenda quæ Juris Maje-
statica erant. Similiter, et Serenissimus Re-
gius Princeps Carolus Dilectus Filius No-
ster Curlandiæ & Semigalliæ in Livonia Dux
circa receptionem Feudalis Vexilli, Juramen-
tum Fidei, et Fidelitatis Nobis, et Reipublicæ
explevit de tenore tali: Ego Carolus Dux
Curlandiæ et Semigalliæ in Livonia, Juro
super hanc Sanctam JESU Christi Crucem,
quod ab hac hora deinceps usq; ad ultimum Di-
em vitæ meæ ero fidelis, et obediens Tibi Sere-
nissimo Augusto Tertio Dei Gratiã Regi Po-
loniæ, Magno Duci Lithuaniæ, et sicuti meo
Naturali, et Hæreditario Domino, et Succesio-
ribus legitimis Tuis Regibus, et Regno Polo-
niæ Dominis meis, contra omnem Homi-
nem nemine prorsus excepto, et quod nun-
quam ero scienter in Consilis vel auxilio, vel
in facto, ex quo, quod absit amittas vitam, vel
membrum aliquod, vel per quod accipias in Per
sona aliquam lesionem, vel contumeliam, aut
injuriam, vel per quod amittas aliquem Honorem
quem nunc habes, vel post habebis; Et si scive-
ro, aut audivero, de aliquo, qui velit aliquid

istorum

istorum contra Je, et Regnum hoc Polonie face-
re pro posse meo, ut non fiat impedimentum
præstabo, et si impedimentum præstare ne-
queo, quam cito potero, Tibi nunciabo, et contra
eum, juxta Pacta auxilium Tibi, et Regno præ-
stabo. Et si contigerit Je rem aliquam, quam
habes, vel post habebis, casu aliquò amittere,
eam recuperare curabo, inrecuperatag̃ retinen-
da, Je omni tempore juvabo. Et si sicvero con-
tra aliquem velle Je Publicô Consiliô arma
sumere, ẽ de eo generaliter, vel specialiter re-
quisitus fuero meum Tibi secundum Pacta
præstabo auxilium. Et si aliquid mihi de Se-
creto manifestaveris, illud sine Tua licentia
nemini pandam, neq̃ quidquam per quod
pandatur, faciam. Et si Consilium a me super
aliquo facto postulaveris illud Tibi dabo con-
silium, quod Tibi, Dominijsq̃ Tuis judicave-
ro magis expedire, et nunquam ex Servona
mea aliquid scienter, quam pertineat ad Tu-
am, vel Regni Dominiorumq̃ Tuorum tuebor,
et conservabo, et quod maxime potero auge-
bo. Deniq̃ etiam Pacta priora antiquã-
omnia, et Singula à Prædecessoribus meis
Ducibus Curlandiæ et Semigalliæ cum Jn-
clyto

dyto hoc Poloniæ Regno et Magno Ducatu Lith:
vaniæ conventa, tum ad formulam Regimi:
nis præteritas Transactiones, conditiones cum
Serenissimis Divæ memoriæ Regibus Polo:
niæ, et Magnis Ducibus Lithuaniæ factas,
Constitutiones Annorum Millesimi Septingen:
tesimi Vigesimi Sexti, et Millesimi Septin:
gentesimi Trigesimi Sexti de Ducatibus Cur:
landiæ et Semigalliæ Sancitas, servabo,
adimplebo, et nihil in contrarium Eisdem atq;
Legibus faciam; ac præterea omnium & sin:
gulorum Equestris Ordinis ac privatorum
Ducâtûs Curlandiæ et Semigalliæ Jncola:
rum, et Civitatum Jura, Privilegia, Liberta:
tes, et immunitates Sartas tectas, integer-
rime servabo, nec quidquam in contrarium
earundem præjudicij, ac derogationis faciam,
aut fieri permittam. Sic me Deus adjuvet,
et Sancta Crux JESU Christi. Præmissa igi:
tur rata, et grata habentes conferimus Sere:
nissimo Principi Regio Carolo Dilecto Filio
Nostro modo a Nobis Duci Curlandiæ &
Semigalliæ creato, ac investito unà cum
Successoribus Masculis de Lumbis linea.

recta

recta procedentibus ea omnia, quæ à Sere:
nissimis Prædecessoribus Nris Regibus Po:
loniæ vigore Pactorum ac Jnvestiturarum
Illustrissimo olim Gotthardo de Kettler cum
Successoribus juxta Diploma unicuiq; ser:
viens usq; ad ultimum de Linea Ferdi:
nandi decessum jam antea Data et collata
erant, nimirum Ducalem Titulum adin:
star Illustrissimi olim Ducis in Prussia
cum omni Dignitate Jnsignibus, Privilegijs
Ducalibus itaut Vasallus et Feudatarius
Princeps Noster, et Successorum Nostrorum
Regni, et Magni Ducatûs Lithuaniæ mem:
brum sit, itidem et Successores Ejus masculi
de Lumbis procedentes sint. Prætereaut à
Divo Sigismundo Augusto Prædecessore No:
stro Illustrissimo quondam Duci Gotthardo
de Familia Kettleriana, Posterisq; Ejus Ma:
sculis ex Ejus lumbis Lineâ rectâ descenden:
tibus in Persona Illustrissimi olim Ferdi:
nandi sine Prole decessi ultimi de Linea
ex masculo Sexu Ducis Nominata Ditio:
nes, possessiones, Civitates, Oppida, arces,
Terræ assignatæ sine infeudationis solen:

nitate

nitate data fuerunt, postea vero vigor legiti-
ma Investiture à Serenissimis Prædeces-
soribus Nostris Divo Stephano, Sigismundo
Tertio, Vladislao Quarto, Joanne Casimiro,
Michäele, Joanne Tertio, Augusto Secundo
Polonicæ Regibus, Illustrissimis olim Got-
thardo Duci de Kettleriana Familia cum
Successoribus Masculis collatæ erant, Ità
Nos Serenissimo Regio Principi Carolo Di-
lecto Filio Nostro, una cum Successoribus
Masculis lineâ rectâ de lumbis descenden-
tibus ea omnia damus, et conferimus,
Primum totum illum Tractum Curlandiæ,
et Semigalliæ incipiendo a Salso Mari sur-
sum sequendo Fluvium Hylga ascendendo
ad antiquos limites per Generosum Radzi-
villium inceptos, et dispositos inter Sa-
mogitiam, Lithvaniam, et Prussiam ab
una, et Livoniam ab altera partibus ver-
sus Districtum Polocensem ad Dunam-
Fluvium, descendendo vero Dunâ usq; ad
mare salsum adeo, ut quidquid in istis
Terminis cis Dunam versùs Lithvaniam
continetur

continetur, et ad Ordinem Livonicè specta-
bat, nunc, et in perpetuum apud Illustrita-
tem Ejus, Ipsiusq; Hæredes Masculos per-
maneat, Curias videlicet, Bjona, et Nobilita-
tem, quæ ad Arcem Dunaburgensem ex hac
parte Fluvij versus Lithvaniam spectarunt,
Arcem Seelburgam cum toto Districtu, Cu-
rias, item Nobilitatem, et omne id, quod vi-
delicet ex hac parte ad Arcem Acherat-
spectabat, Arcem Bauske, Neügüth cum
ijs, quæ ad Arcem Kirchholm pertinebant,
Arces item Curias, et Oppida Mittau, Tu-
ckum, Neuenburg, Doblen, Candau, Alswan-
gen, Schrunden Frauenburg, Zabbel, tum
et alias Arces, quæ Serenissimo Antecessori
Nostro Divo Sigismundo Augusto oppigno-
ratæ fuerunt, Goldingen, Hasenpoth, Dur-
ben, Vindau, in Summa Octuaginta Millia
Florenorum, Arcem vero Grobin in Quinqua-
ginta Millibus Illustrissimo quondam-
Principi Alberto Marchioni Brandeburgen-
si in Prussia Duci itidem oppignoratam,
et illas quidem Summas, quemadmodum
Divi Prædecessores Nostri in Diplomati-
bus

bus suis remiserant, ita et Nos nihil Juris super
Iisdem Summis Nobis reservarnus. Prout igi-
tur prænominati Divi Prædecessores Nostri
Reges Poloniæ Illustrissimum olim Gotthar-
dum de Kettler una cum Masculis descenden-
tibus usq; ad ultimum de linea recta Ferdi-
nandum Ducem circa integralem possessio-
nem, et prærogativam Ducatuum Curlan-
diæ et Semigalliæ conservarunt, ita et Nos
Serenissimum Principem Regium Carolum
Dilectum Filium Nostrum, Ejusq; legitimos
Successores Hæredes Masculos ex lumbis Li-
neâ rectâ descensuros circa totum istum Cur-
landiæ et Semigalliæ Ducatum cum dictis
Terris, Civitatibus, Oppidis, arcibus, et Curijs
hac receptione Investiturâ in toto conserva-
mus nec non circa omnes prærogativas et
immunitates, quæ Illustrissimo olim Got-
thardo cum descendentibus de linea recta
Masculis Ducibus Curlandiæ et Semigalliæ
collata fuerunt, sine Nostro, et Successorum
Nostrorum Regum, et Regni Poloniæ impe-
dimento, ac præjudicio. Pro Nobis vero,

et Sere-

et Serenissimis Successoribus Nostris in-
Regno, Magnoq; Ducatu Lithuaniæ, reli-
quam Livoniam cum omni proprietate,
directo et utili Dominio, omniq; merô, et mi-
xto Imperio, quemadmodum jam ante Divi
Prædecessores Nostri Zigismundus Augu-
stus, Stephanus, Sigismundus Tertius,
Vladislaus Quartus, Joannes Casimirus,
Michael, Joannes Tertius, Augustus Secun-
dus reservarunt, ita Nos quoq; reservamus,
retinemusq; Pactorum tamen, et Tracta-
tuum subsecutorum Jure illæsô. Cumq;
inter cætera, et hoc inter Serenissimum
Prædecessorem Nostrum Divum Sigis-
mundum Augustum, et Illustritatis
Ejus Proavum convenit, ut permutatio-
ne Episcopatûs Curoniensis pro Sonne-
burga Arce, Curijs Leal, et Habzell Illu-
stris Dux Magnus contenderetur, et ad earn
rem prædictus Dominus Sigismundus
Augustus, Serenissimi Stephani, Sigis-
mundus, Tertius, Vladislaus Quartus,
Joannes Casimirus, Michaël, Joannes
Tertius, et Augustus Secundus operam
receperunt.

receperunt, et Nos recipimus, ut cum re-
liqua Curonia Episcopatu Curoniensi,
Serenissimus quoq; Regius Princeps Caro-
lus Dux Curlandiæ, et Semigalliæ in
Livonia potiatur. Postea vero cum vi-
vente Duce sic dicto Magno permuta-
tio ea perfecta non fuisset, gravissima
autem de Episcopatu eo controversia
inter Divum Prædecessorem Nostrum
Stephanum, et Serenissimum Daniæ
Regem exorta, tandem Serenissimus
quondam Daniæ Rex per Transactio-
nem ex certis Conditionibus Serenissimo
Prædecessori Nostro Regnoq; Jus suum
quod habere se in eo Episcopatu existima-
bat, cessisset, nihil hoc tempore statuere ea
de re possumus, rem omnem in eo Statu,
in quo ante sub Serenissimis Regibus Si-
gismundo Augusto, Stephano, Sigismun-
do Tertio, Vladislao Quarto, Joanne Casimi-
ro, Michäele, Joanne Tertio, et Augusto Se-
cundo Desideratissimo Parente, et Prædе-
cessore Nostris, atq; tempore Regiminis
Nostri fuit, eam relinquendam esse censui-

mus

mus, prout relinquimus. Nevè etiam Limi-
tum discussorum cum vicinis Ducatuum con-
troversia, aut difficultas oriatur, vel nutria-
tur, Regni Nostri authoritate curabimus,
ut primo quoq; tempore ad præscriptum La-
ctorum Poswoliensium, et posteriorum Vil-
nensium regantur, et certi constituantur
in tota illa vicinia Limites. Interea verò ne
Pars Parti damnum inferat, aut Litem, sive
difficultatem moveat pro eo, prout hoc Pri-
legio prædictorum Divorum Antecessorum
Nostrorum continetur. Cumq; Tractus Du-
na sursum, et deorsum Limites inter Nos
et Duces Curlandiæ et Semigalliæ consti-
tuat, Jus et æquitatis ratio postulat, ut
medietate Fluvij in piscando, et alijs commo-
ditatibus Serenissimus Princeps Regius
Carolus Curlandiæ et Semigalliæ in Livo-
nia Dux perpetuò cum suis masculis de linea
recta descensuris, prout, et prænemoratis
Ducatibus gaudeat, quævè Insula seu media
nnes alteri Parti vicinores sunt, apud eandem
Partem juxta Privilegia Divorum antecess-
orum Nostrorum maneant. Monetæ etiam
cudendæ facultatem Serenissimo Regio

Principi

Principi Carolo Ducci Curlandiæ et Semi=
gallicæ damus, et de integro conferimus,
ad pondus, et valorem communem Rei=
publicæ, et ut ejus promiscuus, et diffe=
rens usus sit, tam in Regno et in Lithua=
nia, quam in Livonia volumus, attamen
ut ex una parte effigies Nostra, velinsi=
gnia Regni, Magnig Ducatûs Lithua=
niæ, in altera Ducis exprimantur. Si=
quid porro oppignorandum, aut per=
mutandum Serenissimo Regio Princi=
pi Carolo Curlandiæ, et Semigallie Du=
i fuerit, super hoc facultatem, libertatemq;
concedimus, ita videlicet ut ad Nos, et Se=
renissimos Successores Nostros de eo primo
deferatur, si talem oppignorationem, vel per=
mutationem acceptare voluerimus, ut tali op=
pignoratione, vel permutatione, nulla occa=
sio dismembrationis a Republica eorum Bo=
norum, fiat. Et quoniam Constitutio Mille=
simi Septingentesimi Trigesimi Sexti vult,
ut Investiendus Dux onerata mensa Duca=
lis Bona à Debitis in rem et emolumen=
tum

tum Feudi eliberaret, et hanc conditionem
Sereniſſimus Regius Princeps Carolus,
Curlandiæ et Semigalliæ Dux explere
tenebitur, Idcirco referendo ſe ad Commiſ-
ſionem Jedani continuatam ex eadem
Conſtitutione Millesimi, Septingente-
ſimi Trigeſimi Sexti vim, et robur ſumen-
tem, et præcipuè ad articulum Sextum,
providere obſtringitur, ne pluralitate Do-
talitiorum, vel Viduviorum generoſa pro-
viſione Bona Ducalia onerentur, Dabi-
mus quoq; operam ſecundum Privilegium
dictorum Divorum Anteceſſorum Noſtro-
rum, ſi quando Ducatus Aſtoniæ cum Civi-
tate Revalenſi aliqua ratione ad Regnum
Noſtrum Poloniæ adjungatur, ut Sereniſſimo
Regio Principi Carolo Duci Curlandiæ Ejusq;
Hæredibus, et Succeſſoribus legitimis Ma-
ſculis de lumbis deſcenſuris, æqua portio vel
in Bonis, vel in pecunia concedatur, ſumpti-
bus in ea recuperatione factis, ante omnia
nobis refuſis. Quod Punctum non ad convel-
lenda Pacta, et Tractatus, quæ inviolabi-
liter obſervare volumus, referendum eſt, ſed
ut vigori atq; obſervationi Inveſtiturarum,

vii caſum

incasum inopinatum: quem Deus avertat: /
caveatur. Insuper Serenissimo Regio Princi-
pi Carolo Dilecto Filio Nostro Curlandiæ,
et Semigalliæ Duci, Arces, Civitates, Oppi-
da, Terras Possessiones, unà cum usufructu
integrali, cessantibus jam obstaculis, ante-
hanc Infeudationem robur tantum haben-
tibus de novo concedimus, Jurisdictionem
totalem Ducatuum Curlandiæ et Semi-
galliæ, prout Privilegia Divorum antece-
sorum Nostrorum favore præteritorum
Illustrissimorum olim Ducum obloquun-
tur juxta Leges et mores antiquos confir-
mamus. Hoc est qui Jurisdictioni Ducum
subiecti et ratione Domiciliorum Subditi
erunt, et manebunt, ad suum tantum Prin-
cipem provocabunt, In Causis tamen gra-
vioribus et maximi momenti licebit No-
bilitati a Principe suo, prout de Jure, et ju-
xta priorum Investiturarum tenorem pro-
vocare. Quoniam vero Serenissimus Re-
gius Princeps Carolus Dilectus Filius No-
ster Curlandiæ et Semigalliæ Dux, vigore
Constitutionis Anni Millesimi, Septingen-
tesimi

tesimi, Trigesimi Sexti exonerare Bona-
Mensæ Ducalis in rem, et emolumentum
Feudi inveonus assumpsit, hæcq; Bona-
Mensæ Ducalis per Kettlerianam Fami-
liam sunt debitis gravata, idcirco consen-
taneum maxime duximus, ut prætensio-
nes, quales supersunt extra Ducatus, quas
Duces Stirpis Kettleriane habuerunt, sere-
nissimo Principi Regio Carolo Duci Curlan-
die, et Semigallie cedant. Quapropter-
pretensiones Ducum olim Stirpis Kettle-
riane extra Ducatus sive in Summis pe-
cuniarijs, sive sint alterius Nature, omnes
in Personam Serenissimi Regij Principis
Caroli Dilecti Filij Nostri Curlandie et Se-
migallie Ducis transfundimus, velin casu,
Ejus Successoribus Masculis de Lumbis Li-
nea recta descensuris, et repetitionem earun-
dem facultatem damus, uti jam suarum
propriarum ac in usum proprium conver-
darum. Caverat etiam Divus Sigismundus
Augustus Illustrissimo olim Gotthardo de
Kettler cum ante Sexennali bello, tam Sue
Illustritatis, quam et Nobilitatis Curoni-
ensis vires exhaustæ essent, relaxata, ut
esset Sua Illustritas, et Nobilitas ab one-

re

re belli, et ut hoc saltem prestarent, quod com-
modè pro modulo suo possent, alio autem tempore
eam habendam rationem, quam Illustrissimi
olim Ducis in Prussia. Divus vero Stepha-
nus Predecessor Noster se quoq; pro eo bello,
quod tum gerebat ijs copijs, de quibus cum Il-
lustritate Ejus sibi convenerit contenturum
fore promittebat. In posterum autem vi
vim perpetuæ obligationis Illustrissimi
olim Duces Curlandiæ, et Semigalliæ, ad
observandum onus assumpserunt, ut tem-
pore expeditionis bellicæ unam Cohortem
Equitum cum Servitijs Equestribus Nobi-
lium quoties ijs opus fuerit intra finies
Curlandiæ et Semigalliæ præstarent, et
quoties vero publica aliqua necessitate
bellica postulante, in Regno publicè
Contributiones decretæ fuerint, toties
Duces Curlandiæ et Semigalliæ Sum-
mam Decem Millium Florenorum Po-
lonicalium in Thesaurum Reipublicæ
inferrent, hôc videlicet Pactô, quod licet
una sive plures contributiones in Gerali-
bus Comitijs scisceretur, Duces Curlan-
dia

dia et Semigallia in locum sive unius,
sive plurium, prætactam Decem Millium
Florenorum Polonicalium Summam, et
non plus, acceptâ desuper Quietatione Do-
minorum Thesaurariorum solvere astricti
essent. Secus vero si publicâ expeditione
sic exigente Duces Curlandiæ et Semigal-
liæ Vasallagium Equitum cum suis No-
bilibus misissent, in hoc casu pro eo tempo-
re etiamsi Contributiones in Comitijs sci-
tæ fuissent, liberi et immunes Duces à
persolvenda Decem Millium Floreno-
rum Polonicalium Contributione fuere. —
Cum vero Constitutio Anni Millesimi, Se-
ptingentesimi Trigesimi Sexti post decef-
sum Stirpis Kettleriana pro re, et intereſſe
Reipublicæ duc principaliter objecta, habu-
it ad continuationem in Curlandia d Semigal-
lia Regimen Ducum, primum videlicet, ut
eliberentur Bona Mensæ Ducalis in rem, et
emolumentum Feudi ab oneribus, et subsidia
militum augeantur, eâq ratione Commissio-
nem Millesimi Septingentesimi Vigesimi
Septimi prorogavit, quæ deinceps Fedani-

continuata

continuata, loco unius Cohortis centum Equi-
tum, duas Cohortes unam quamq; ex centum
Equitibus compositam, vel loco Equitum, —
Quingentorum Peditum submini∫trationem,
Articulo Quarto vix invenit, quare & Nos
non po∫se ultra obligari Sereni∫simum Re-
gium Principem Carolum Ducem Curlan-
diæ et Semigallie consemus, videlicet ut re-
quirente Sereni∫simo Rege, et Republica —
duas Chortes Equitum unam quamq; ex Cen-
turn Equitibus compositam, vel loco Equi-
tum quingentos Peditos in vim subsidij Mi-
litum ultra Servitia Equestria Nobilium
secundum tenorem, et modum antiquum —
statuat. Quoniam vero tam articulô Sextô
ratione non gravationis Bona Feudi plura-
litate Dotalitiorum vel Viduviorum, quam
et Articulô Quartô ratione subsidij Mili-
tum, Commi∫sio Anni Millesimi Septingen
tesimi, Vigesimi Septimi Pedani continuata
Constitutionis mentem adimplevit, ideo et Nos
hos duos Articulos Commi∫sionis prout jam
∫usius explicavimus, huic Diplomati Investi-
tura

turæ adjungi et applicari volumus, Licet sj mo-
dernus rerum Status, tam longo annorum-
spatio elapso, sit planè diversus abillo, qui-
sub tempus Divi Augusti et Gotthardi de Ket-
tler primi Curlandiæ et Semigalliæ Ducis fuit,
neq; aliqua ratio exstat, quæ possit aliquam
molestiam, vel controversiam moderno Duci
adferre, vel Ejus Successoribus Masculis de linea
recta descensuris, quodsi tamen aliquando ex-
oriri possit, Nos Regij Officij Nostri esse non
ignoramus defensionem contra hostem omnem
præstare qualiscunq; ille fuerit, quod et præ-
stabimus, et Successores Nostri præstabunt.
Pariter quæcunq; Vasalli, et Feudales Prin-
cipes erga suum naturalem Superiorem, et
Directum Dominum Fidelitatis observan-
tiæ servitiorumq; studia et Officia præstare
tenentur, Serenissimus Princeps Regius
Carolus Curlandiæ et Semigalliæ Dux,
erga Nos Regnumq; Nostrum, et Magnum
Ducatum Lithvaniæ præstabit, itidemq; Hæ-
redes legitimi in hoc Feudo Successores præ-
stabunt. Nos quoq; Serenissimum Prin-

cipem

cipem Regium Carolum Dilectum Filium
Nostrum Ducem Curlandiæ et Semigalliæ,
tum Ejus Successores Masculos rectâ lineâ
de Lumbis descensuros, omni Patrocinio,
amore, et benevolentia Supremi et Directi
Dominii complecti, et in Juribus, immunita-
tibus et Privilegijs illorum servare tenebi-
mur, et Successores Nostri tenebuntur. Cum
verò Dies mortalium dispositioni Dei —
Omnipotentis subsunt, idcirco quotiescunq;
copia aperturæ Feudi Ducatûs Curlandiæ
et Semigalliæ fuerit, tunc Successores
Masculi lineâ rectâ de Lumbis Serenis-
simi Regij Principis Caroli Ducis Curlan-
diæ et Semigalliæ memoratum Feudum
à Nobis, et Serenissimis Successoribus —
Nostris Regibus Poloniæ, uti naturalibus,
et directis Dominis petere, Juramentum
Fidelitatis, et Subjectionis præstare, modo
Successorio aggredi et plenariè absq; tamen
omni Ducatûs dismembratione possidi-
re, omnibusq; Juribus Ducalibus realiter
frui debebunt, attamen ut ea Fidelita-
tis

tis, et obsequij Officia, quæ à Vasallis requiruntur, præstent, In Quorum omnium, et Singulorum Fidem præsens Diploma Manu nostrâ subscriptum, Sigillis Regni, et Magni Ducatûs Lithvaniæ communiri jussimus. Datum Varsaviæ Die Octavâ Mensis Januarij, Annô Domini Millesimô, Septingentesimô Quinquagesimô Nonô. Regni vero Nostri XXVI. Annô. Præsentibûs Reverendissimô in Christo Patre Dominô Adamô Ignatiô a Lipsko, et Orawa Komorowski Archiepiscopô Gnesnensi Regni Nostri Poloniæ, et Magni Ducatûs Lithvaniæ Primate, Primôq; Principe Legatô Natô. Admodum Reverendis in Christo Patribus Dominis Vladislaô Lubinski Archi-Episcopô Leopoliensi, Cajetanô Sołtyk Nominatô Episcopô Cracoviensi Ducæ Severiæ, Reverendis in Christo Patribûs Antoniô Sebastianô Dembowski Cujaviensi, et Pomeraniæ Stanislaô Grabowski Principe Varmiensi, et Sambiensi, Antoniô Wołłowicz Luceoriensi, Antoniô Tyszkiewicz Samogitiæ, Andreâ Bajer Nominatô Culmensi, Josephô Andreâ Łatuski Nominatô

Kijovien

Kijoviensi, Hieronymô Szeptycki Nominatô
Camenecensi, Podolia, Antonio Ostrowski
Livonia, tum Episcopatûs Cujaviensis Nomi-
natô Coadjutore Episcopis, Illustri Magni-
ficô Michaele Principe Radziwill Pala-
tinô Vilnensi, Supremô Exercitûs Magni
Ducatûs Lithvaniæ Duce, Magnificis
Antoniô Dąbski Brestensi Kujavia, Fran-
ciscô Salesiô Potocki Kijovia, Augustô -
Principe Czartoryski Russia, Josephô Oſ-
solinski Volhynia, Venceslaô Rzewuski
Podolia, atq; Campestri Exercituum Rei
gni Duce, - Petrô Sapieha Smolensciæ,
Antoniô Principe Lubomirski Lublinen-
si, Casimirô Ludzinski Terrarum Maſo-
viæ, Michaele Rzewuski Podlachiæ, Lu-
dovicô Slater Mscistaviensi, Michaele
Czapski Marieburgensi, Joanne Jablono-
wski Braclaviensi, Paulô Mostowski Po-
meraniæ, Joanne Holzen Minscensi, -
Francisco Szembek Livoniæ Palatinis, Mi-
chaele Sollyk Sandomiriensi, Joanne Ma-
czynski Siradiensi, Andreâ Moszczenski,
Juniovladislaviensi, Victore Wereszczynski
Lublinensi

Lublinensi, Adamô Brzostowski Polocen-
si, Joanne Chrebtowicz Novogrodensi,
Michaële Sufczynski Cernensi, Feliciano
Trzcinski Ravensi, Joanne Jabiello Mscis-
laviensi, Petrô Branicki Bractaviensi,
Majoribus Castellanis, Magnificis Fran-
ciscô Bielinski Regni, Ignatiô Oginski
Magni Ducatûs Lithvaniæ Supremis Ma-
reschalcis, Joanne Matachowski Regni
Poloniæ, Michaele Principe Czartoryski
Magni Ducatûs Lithvaniæ Supremis -
Cancellarijs, Reverendo in Christo Patre
Michaele Wodzicki Regni, Michaele Sa-
pieha Magni Ducatus Lithvaniæ Pro-Can-
cellarijs, Georgiô Mniszech Mareschalcô
Curiæ Regni, atq; Generali Majoris Polo-
niæ Regni, et Magni Ducatûs Lithvaniæ
Ministris Statûs, Generosis Ignatiô Twar-
dowski Mederecensi, Josephô Glembocki
Kruswiciensi, Josephô Jaklinski Oswie-
mensi, Adalbertô Dąmbski Kovaliensi,
Mathiâ Sołtyk Varsaviensi, Joanne No-
wosielski Ciechanoviensi, Ignatio Cieszko-
wski Livensi Minoribus Castellanis; Re-
verendo

verendô Adamô Krasinski Regni Secretario
Spirituali, Scholasticô Gnesnensi, atq; Tribu-
nalis Regni Judiciorum Præside, Generosis
Antoniô Przezdziecki Sæculari Referendario
riô Magni Ducatûs Lithvaniæ, Casimirô
Poniatowski Succamerariô Regni, Antoniô
Kossowski Curiæ Regni, Josepho Massalski
Curiæ Magni Ducatûs Lithvaniæ Thesau-
rarijs, Hieronymô Principe Radziwill Ve-
xilliferô Magni Ducatûs Lithvaniæ, An-
toniô Principe Lubomirski Ensiferô Re-
gni, Hieronymô Wielopolski Stabuli Re-
gni Præfectô, Bernardô Gozdzki Culinæ
Regni, Josephô Podoski Culinæ Magni-
Ducatûs Lithvaniæ Præfectis, Joanne Mas-
salski Magni Ducatûs Lithvaniæ Pocilla-
tore Joanne Rzewuski Subdapiferô Ma-
gni Ducatûs Lithvaniæ, Eustachiô Potocki
Pincernâ Regni, Stanislaô Principe Czarto-
ryski Venatore Regni, Venerabili Gabrie-
le Podoski Spirituali Notariô Regni, Jose-
phô Sosnowski Notariô Magni Ducatûs
Lithvaniæ

Lithvanica, Franciscô Rzewuski Notariô Campestri Regni, Stanislaô Principe Lubomirski Regni Ludovicô Pociey Magni Ducatûs Lithvaniæ Excubiarum Suprem. Præfectis, Joanne Wielohurski Supremô Castrorum Regni Metatore Henricô Comite de Ocieszyno Brühl Generali Artilleriæ Regni, Intimô Statûs Saxonici Ministrô, Theodorô Principe Lubomirski Generali Leutenante in Exercitu Regni, atq; Commendante Regiminis Equestris Guardiæ Regni, Josephô Skorzewski Posnaniensi, Horaim Vilnensi, Joanne Borch Livoniæ, Wagrocki Lakroczymensi, Succamerarijs, Andreâ Malechowski Naklensi, Rochô Kossowski Siradiensi, Hiacyntho Matachowski, Petricoviensi, Mathiâ Luszczewski Lanciciensi, Ludovicô Dąbski Junivladislaviensi, Friderico Comite de Ocieszyno Brühl Varsaviensi, Mathiâ Szymanowski, Wissogrodensi, Josephô Mlocki Lakroczymensi, Andreâ Mokronowski Ciechanoviensi, Theodoro Wessel Rosanensi

Josephô Karczewski Liverensi, Valerianô Lusz-
ewski Sochacoviensi, Stanislaô Matachow-
ski Sandecensi, Francisco Principe Lubo-
mirski Biecensi, Nicolaô Malachow-
ski Opocznensi, Michaele Rudzienski
Chęncinensi, Adamô Principe Czarto-
ryski Camenecensi Podoliæ Capitaneis
in Regno Jurisdictionalibus, Antoniô
Matachowski Cancellaridâ Regni, Hen-
rico Comite de Ocieszyno Brühl Capi-
taneo Bolemoviensi, Joanne Chryso-
stomo Krajewski Regni Jnstigatore
Stanislaô Grodzicki Vice-Jnstigatore
Regni, Josephô Dunin Karwicki Regen-
te Majoris Cancellariæ Regni, alijsq;
quam plurimis Venerabilibus Archi-Ca-
thedralibus, Cathedralibus Prælatis Ca-
nonicis, Generosis Palatinatuum, Terra-
rum, Districtuum Dignitarijs, utpote
Vexilliferis, Judicibus Terrestribus, Da-
piferis, Pocillatoribus, Subjudicibus, Ter-
restribus, Subdapiferis, Lincernis, Tribu-
nis

nis, Venatoribus, Notarijs Terrestribus, Ensi-
feris, et Thesaurarijs, tum utriusq; authoramen-
ti Militia Regni, et Magni Ducatus Lithua-
nia, Generalibus, Colonellis, atq; Ceteris Officia-
libus, numerosaq; Generosa Nobilitate adhunc
Actum confluente. Nec non Generosis Anto-
nio Brzozowski Decreterum Curia Regni
Gedeone Jelenski Decretorum Curia Magni
Ducatus Lithuania Notarijs, Adalberto
Rakowski Pocillatore Terra Visnensis Si-
gilli Majoris Regni, Josepho Dulęba Si-
gilli Majoris Magni Ducatus Lithuania
Antonio Sikorski, Sigilli minoris Regni,
Adamo Chmiara Pocillatore Minscensi Si-
gilli Minoris Magni Ducatus Lithuania,
Secretarijs, Ignatio Ludovico Nowicki Ma-
jori Regni, Josepho Miklaszewicz Magni
Ducatus Lithuania, Joanne Nepomuceno
Slominski Minori Regni, Metrices Prefe-
ctis, et Secretarijs Nostris. Augustus
Rex. Locus Sigilli Majoris Cancellaria
Regni in pixide argentea deaurata sub-
appensi. A. Rakowski Pocillator Terr. Viz-
nensis Sigilli Majoris Regni Secretarius
rsp Locus Sigilli Minoris Cancellaria
Magni Ducatus Lithuania similiter in pi-
xide

xide argentea deaurata subappensi. Adamus
Chmara Pocillator Pltus Minscensis Sae Re-
Mastis Sigilli Minoris M. Dg, Le Secreta-
rius. mp. In pretactis vero Pixidibus ar-
genteis Sigillorum Regni et M. D. Litt- ap-
pressiones in se contentis, in funiculo de fi-
lis aureis confecto suspappensis verba ex-
culpra sunt hec: Cancellariatu Illustriss-
simi et Excellentissimi Domini Joannis-
Comitis in Konskie et Rziataczew a Ma-
tachowice Matachowski Supremi Regni
Cancellarij Regni, Ostrolęcen, Prodecensis,
&c. Capitanei, Ordinis Aquile Albe Equi-
tis Sigillatum. Pro Cancellariatu Illus-
strissimi, Excellentissimi Domini Micha-
elis Comitis in Rzychow, Zastaw, Dąbro-
wna et Sapiezyn Sapieha Prothancella-
rij M. D. Litt- Tucholiensis, Vilkowiensis,
Kalvariensis, etc. Capitanei Sigillatum.
Quod ejusmodi Diploma Investitura
sic ut premissum oblatum Nos ad acta
presentia Metrices Regni suscipi jus-
dem inseri, et Parti postulanti authen-
tice

ticè extradi, Originale vero rursus Eidem
Venerabili offerenti restitui permisimus,
de quo recepto Cancellariam Nostram-
quietavit, presentibûs quietat, et Ma-
nu propriâ vese subscribit. Gabriel Joan:
nes Junosza Podoski Referendarius Rñi
Prẽpstus Cath: Cracovien Smör Regiorum
Principum Cancellarius. mpp In Quo:
rum fidem &c: Actum, et Relatio ut supra.

Actum Varsaviæ
Feriâ Sextâ in cra:
stino Festi Conver:
sionis S. Pauli Apo:
stoli Die scilicet Vi:
gesimâ Sextâ Men:
sis Januarij Annô
Dñi Millesimô Septin:
gentesimô Quinqua:
gesimô Nonô
Constituit G. Lubomirski Theodo:
rus S. R. Imperij Princeps Ple:
nipotentem Ipsum Madeyski.

Augustus

Augustus III dr.

Significamus dr: Quomodo coram Nobis, Actisq̃ præsentibus Metricas Regni Cancellariæ Nostræ Majoris personaliter comparens Generosus Theodorus Hieronymus S. R. Imperij Princeps, Comes in Wisniecz, et Jarostaw Luborpirski Generalis Locumtenens Cavaleriæ Exercitûs Regni, Colonellus Commendans Regimin. is Equestris Guardiæ Regni, Bohuslaviensis, Ryczywoliensis Capitaneus, sanus mente et corpore existens, à Foro, Terris, Districtibus et Jurisdictione sua quavis propria et competenti, recedendo, præsenti verò Nostræ Regiæ Jurisdictioni se cum Bonis suis generaliter omnibus subijciendo, et incorporando sponte, palam, libere, ac per expressum recognovit, præsentibûsq̃ recognoscit. Quia Ipse Generosum Casimirum Mladeyski Venatorem Buscensem in suum verum, legitimum, ac indubitatum Plenipotentem eligit, constituit, inscribit et solenniter ordinat, dans et concedens Ipsi plenariam facultatem, omnimo:

damq̃

dam̃q̃ potestatem Causas sui Recognoscen-
tis generaliter omnes, tam Judiciarias, quam
extrajudiciarias, cum quibusvis Personis,
occasione cujusvis Negotij in omni officio, &
Judicio Majoris Minorisve Subsellij tam
Regni, quam M. D. Lit.ae hibitas et haben-
das, instituendas, promovendi,
defendendi, Jure tuendi, Comparitiones inscri-
bendi, Decreta suscipiendi, à Contrarijs Ap-
pellandi, Juramenta attentandi, Intromissio-
nes in Bona offerendi, apprehendendi, exe-
cutiones urgendi, attentandi, arresta im-
ponendi, Complanationes et Compromis-
sa inscribendi, Summas contrahendi pe-
cuniarias, alios Plenipotentes in locum sui
cum simili vel limitata facultate Substitu
endi, Caterag̃ pro Causarum et negotiorum
exigentia debitô Juris ordine peragendi.
Offerendo se omnia per Ipsum legitime, ac
juridice peracta, pro rato, et grato susceptu-
rum. Quam Plenipotentiam ad Trienni-
um duraturam Idem Generosus Recogno-
scens Manu propriâ subscripsit. S. Lubo-
mirski S.L. Quam ejusmodi Plenipoten-
tiam sicut praemissum factam et recogni-

tam

iam Nos ratam, firmam ac de Jure validam
habentes, haberiq; ab omnibus volentes, eam
ad Acta praesentia Metrices Regni Suscipi,
ijsdem inseri et Parti postulanti authentice
extradi permisimus. In quorum fidem &c. —
Actum et Relatio ut supra.

Sub eodem Actu.

Oblata Juris Communicativi suz
per Capitaneatum Gambinen Gnōse
Mariann de Dębowskie Szczawin:
ska Succamerarin Gostinensi servi=
entis. Augustus III Rex.

Significamus &c: Oblatas esse ad Acta praesen:
tia Metrices Regni Cancellariz Nostrz Ma:
joris Literas Privilegij Juris Communicati:
vi Generosz Mariannz de Dębowskie, Ge:
nerosi Thomz Szczawinski Succamerarij
Terrz Gostinensis Capitanei Gambinensis
Consorti, super Capitaneatum Gambinensem
per Nos benigniter datas, Manu Nostrā
subscriptas, et Sigillō Majori Regni com:
munitas, sanas, salvas, et illesas omnig̃
prorsus suspitionis notā carentes tenoris
sequentis

sequentis. Augustus Tertius Dei Gratiâ
Rex Poloniæ, Magnus Dux Lithuaniæ, Russ-
siæ, Prussiæ, Masoviæ, Samogitiæ, Kijoviæ,
Volhyniæ, Podoliæ, Podlachiæ, Livoniæ Smo-
lensciæ, Severiæ, Czerniechoviæq; necnon
Hæreditarius Dux Saxoniæ, et Princeps Ele-
ctor. Significamus præsentibûs Literîs No-
strîs, Quorum interest Universis et Singu-
lis. Quia Nos intuitu meritorum Generosi
Thomæ Szczawinski Succamerarij Terræ
Gostinensis Capitanei Nostri Gambinen-
sis tam in Persona sua ab aliquot decem
Annis toties in Comitijs Varsaviæ, atq; pro-
ducæ celebratis, tum in Judicijs Regni Tri-
bunalitijs, aliisq; subsellijs portante in
se officia, integritatem ac salutem Patriæ,
æquitatem, omnemq; Justitiæ Causam in-
dustriâ, zelô, et intaminatâ fide tuta-
tis, quam etiam in Antiquæ Familiæ Ma-
joribus Ejus, Sagô et Togâ per multos Ho-
norum Titulos Serenissimis Antecessori-
bus Nostris, ac Nobis, atq; Reipublicæ inde-
fessô studiô præstitorum, in vim ulteri-
oris gratitudinis, quam apud Nos de no-
mine

mine et Persona sua promeruit: / facien:
dum esse duximus, ut Jus Advitalitium,
quod Eidem super Capitaneatum Zambi:
nensem in Palatinatu Ravensi situm,
servit, et competit, Gnōsa etiam Marian:
ne de Dębowskie Consorti Ejus legitimæ
communicaremus, et concederemus, pro:
ut quidem communicamus, et concedi:
mus, hisce Literis Nostris ita, ut Genero:
si Szczawinskie Conjuges Capitanei No:
stri Zabinenses prædictum Capitane:
atum ambo, et in solidum cum omnibus
Villis, agris, pratis, campis, Sylvis, borris,
nemoribus, rubetis, Stagnis, piscinis, la:
cubus, fluvijs, fluminibus, piscinis, mo:
lendinis, Tabernis, subditis, eorumq; labo:
ribus, usibus, fructibus, commodis, et emo:
lumentis, cunctis denique attinentijs, et –
pertinentijs eò antiquitus spectanti:
bus, teneant, habeant, et possideant ad
extrema vitæ sua, seu unô vitâ functô,
alterius superstitis tempora. Promitti:
mus autem pro Nobis, et Serenissimis
Successoribus

Successoribus Nostris, nonesse Nos, Serenis-
simosq; Successores Nostros abusu, et pauli-
ca possessionis altefati Capitaneatûs Gam-
binensis præfatos Generosos Szczawin-
skie Conjuges, Capîneos Gambinenses amo-
turos, aut alienaturos, neq; amovendi, aut
alienandi potestatem cuipiam daturos, -
sed salvum, et Integrum Jus Advitaliti-
um Eisdem conservaturos. Ratione cu-
jus Advitalitatis solitam Proventuum -
Quartam partem ad Thesaurum Regni
quotannis inferre tenebuntur. Juribûs
Nostris Regalibûs, Reipublicæ Ecclesiq;
Romano-Catholicæ salvis manentibûs.
In quorum fidem præsentes manu nostrâ
subscriptas, Sigillô Regni communiri
jussimus. Datum Varsaviæ Die XXV.
Mensis Januarij Annô Domini MDCCLIX.
Regni vero Nostri XXVI. Annô. Augu-
stus Rex. Locus Sigilli Majoris Cancel-
lariæ Regni. Adalbertus Rakowski -
Focillator Terræ Viznen Sigilli majoris
Regni Secretarius mp. Jus Communi ca-
tivum Generosæ Mariannæ de Dębowskie
Gnõsi

Generosi Thome Szczawinski Succamer-
rarij Terre Postinensis Capitanei Gam-
binensis Consorti, super predictum Ca-
pitaneatum Gambinensem datur. A
tergo verò ejusdem Privilegij verba —
sunt hæc: Cancellariatu Illustrissi-
mi, et Excellentissimi Domini Joan-
nis Comitis in Konskie et Piataczew
a Matachowice Matachowski Supre
mi Cancellarij Regni Ostrołęcensis, Pro-
decensis &c: Capitanei, Sigillatum.
Quas ejusmodi Literas Juris Commu-
nicativi sicut premissum oblatas, Nos
ad acta presentia Metrices Regni nos-
cipi, ijsdem inseri, et Parti postular-
ti authentice extradi, Originale verò
rursus restitui permisimus. In Quo-
rum fidem etc: Actum et Relatio ut —
supra.

Sub eodem Actu.

Oblata Juris Communicativi super
Advocatiam Gambinensem Gnõs de Mas-
vianna de Zeborzkie Szczawinskiey
Succamerarid Postinend Servien.

Augustus

Augustus III dei

Significamus de: Oblatas esse ad Acta præ-
sentia Metricas Regni Cancellariæ Nostræ
Majoris Literas Juris Communicativi Ge-
nerosæ Mariannæ de Dęboweskie, Generosi
Thomæ Szczawiński Succamerarij Ter-
ræ Jostynensis Capitanei Nostri Gąmbinen-
sis Consorti super Advocatiam in Oppido
Gąmbin, Terra Jostinensi, Palatinatu verò
Ravensi sitt, et jacen per Nos benigniter da-
tas, Manu Nostrâ subscriptas, et Sigillô Ma-
jori Regni communitas, sanas, salvas, et il-
læsas, omnig prorsus suspitionis notâ ca-
rentes Tenoris sequentis: Augustus Ter-
tius Dei Gratiâ Rex Poloniæ, Magnus
Dux Lithuaniæ, Russiæ, Prussiæ Masoviæ,
Samogitiæ, Kijoviæ, Volhyniæ, Podoliæ, Po-
dlachiæ, Livoniæ, Smolenskiæ, Severiæ, Czer-
niechoviæq nec non Hæreditarius Dux Sa-
xoniæ et Princeps Elector. Significamus præ-
sentibûs Literîs Nostrîs, Quorum interest
universis, et Singulis. Quia Nos intuitu
meritorum Generosi Thomæ Szczawinski
Succamerarij Terræ Jostinensis Capita-
nei Nostri Gąmbinensis Nobis et Reipubli-
cæ præstitorum faciendum esse duximus,

ut

ut Jus Advitalitium, quod Eidem super Advo:
catiam Jambinensem, in Palatinatu Raven:
si, Terra verò Jostinendill, servit, et competit,
Gnōsæ etiam Mariannæ de Dębowskié Con:
sorti Ejus legitimæ, communicaremus, et
concederemus, prout quidem communica:
mus et concedimus Fiscæ Litgris Nris, ita
ut nominati Generosi Szczawinskié Conju:
ges prædictam Advocatiam in Capitanea:
tu Jambinensi sitam ambo, et in solidum, vel
unô vitâ functô, alter eorum superstes, cum
omnibus villis, agris, pratis, campis, sylvis,
borris, nemoribus, rubetis stagnis, lacubus,
fluvijs, fluminibus, piscinis, molendinis, ta:
bernis, subditis, eorumq; laboribus, usibus,
fructibus, commodis et emolumentis, un:
ctis denique attinentijs, et pertinentijs eo an:
tiquitus spectantibus, teneant, habeant,
et possideant; ad extrema vitæ sue, seu al:
terius superstitis tempora. Promittimus
autem pro Nobis, et Serenissimis Succesio:
ribus Nostris supradictos Generosos Szcza:
winskié Conjuges, seu unô vitâ functô
alterum eorum non esse Nos, Serenissimosq;
Successores

Successores Nostros abusu et pacifica possessione alte-
sat. Advocatiæ Jambinensis amoturos, aut alienaturos, negq; amovendi, aut
alienandi, potestatem cuipiam daturos, sed
salvum, et integrum Jus Advitalitium eis-
dem conservaturos. Quod et Serenissimi
Successores Nostri præstabunt. Ratione
cujus Advitalitatis solita onera Reipu-
blicæ pendere tenebuntur. Juribus Nris
Regalibus Reipublicæ, Ecclesiæq; Roma-
no-Catholicæ salvis manentibus. In
Quorum Fidem præsentes manu nostrâ
subscriptas Sigillo Regni communiri jus-
simus. Datum Varsaviæ Die XXV. Men-
sis Januarij Annô Domini MDCCLIX.
Regni vero Nostri XXVI. Annô. Augustus
Rex. Locus Sigilli Majoris Cancellariæ
Regni. Adalbertus Rakowski Socillator
Gle Viznensis Sigilli Majoris Regnii —
Secretarius mp. Jus Communicati-
vum Generosæ Mariannæ de Dębowskie
Gnõsi Thomæ Szczawinski Succamerarij
Terræ Gostinensis, Capitanei Jgmbinen:

Sis

Consorti, super Advocatiam in Oppido Jam:
bin Terra Gostinensi, Palatinatu verō
Ravensi sitt et jacēn datur. Atergove:
ro ēarundem Literarum verba sunt hæc:
Cancellariatu Illustrissimi et Excellentiſ:
simi Domini Joannis Comitis in Kon=
skie et Bialaczew à Matachowice Ma:
tachowski Supremi Regni Cancellarij
Ostrołęcensis, Grodecensis &c: Capitanei
sigillatum. Quas ejusmodi Literas Juris
Communicativi, sicut præmissum obla:
tas, Nos ad acta præsentia Metrices
Regni suscipi, ijsdem inseri, et Parti po:
stulanti authentice extradi, originale verò
rursus restitui permisimus, In Quorum
Fidem &c Actum et Relatio ut supra.

Sub eōdem Actu.

Manifestatur M. Palatinus Po:
meraniæ, contra Jura Emphiteuti:
ca Capitaneatus Skarszeviensis.

Augustus III &c.

Significamus etc: Quod coram Nobis, actis=
præsentibus Metrices Regni Cancella:
rid

rie Nostræ Majoris personaliter veniens, Magnifi-
cus Paulus Mostowski Palatinus Pomeraniæ
Capitaneus Skarszeviensis insistendo Laudo
Palatinatûs Pomeraniæ Starogardiæ Die
Decimâ Quartâ Mensis Septembris annô
Domini Millesimô, Septingentesimô Quin-
quagesimô Sextô, et Manifestationi ejus-
dem Palatinatûs, tum quoq; inhærendo dispo-
sitionibus Legum contra omnes et Singulos
Bonorum prædicti Capitaneatûs Skarsze-
viensis ab eodem Capitaneatu avulsorum
Emphiteutas Manifestatur de, et super eo:
Quia Ipsi sub prætextu, et titulo deserto-
rum, et devastatorum eorundem Bonorum
et fundorum Capitaneatûs Skarszeviensis
cum detrimento, et damno Proventuum Arcen-
sium ab antecedaneis Magnificis Palatinis
Pomeraniæ, et Capitaneis Skarszeviensibus
veros Contractus, et Concessiones procurâ-
runt, procuratarumq; Confirmationes expo-
tarunt, et licet Modernus Magnificus Ma-
nifestans scriptô certô Actûs præsentibûs
Metrices Regni roboratô Emphiteutas dicti
Capitaneatûs in eorum Juribus se conserva-
turum declaravit motivô et ratione, quod dicti
Emphiteutæ non alia Bona præterquam
deserta, et devastata teneant, nullumq; Arci
Skarszeviensi damnum et præjudicium in-
fertur, sed post quam Sæpedicti Capitaneatûs

Possessionem

Possessionem Idem Mgnus Manifestans adiè:
rit, de damnisq; et injurijs ac præjudicijs
sese informaverit, illico tam de insubsisten:
tia sui Reversalis Actis præsentibus robo:
rati, tanquam ex sinistra Informatione
per se Subscripti, quam et de invaliditate
assertorum Jurium et Confirmationum
per Emphiteutas procuratarum Solen:
niter Manifestatur offerendo se cum di:
ctis Emphiteutis, et Possessoribus Bono:
rum, et Fundorum Capitanealus Skar:
szewiensis Jure acturum, redintegrationemq;
avulsorum vindicaturum velle, præsenti:
Manifestatione, quam manu propriâ
Subscripsit. Paulus in Ostromeck Nostow:
ski Palt. Pom. C. S. Quam ejusmodi mani:
festationem Novatam, et firmam haben:
tes habenq; ab omnibus volentes, eam ad acta
præsentia suscipi, ijsdem inseri, et Lati postu:
lanti authentice extradi permisimus. In Quo:
rum Fidem &c. Actum et Relatio ut supra.

Actum Varsaviæ Feriâ
Tertia post Festum Pu:
rificationis B^me Vir:
ginis Mariæ proximâ
Die scilicet Sextâ Men:
sis

Oblata
cem Cz
et J. Pr
Significam
præsentibu
stræ Major
sus Thoma
ski Secreta
dum, Actis
tum Contra
ineo expre
um in Duc
niec Princ
Regni Luce
et Generos
sua Nomin
tem parti
Vigesimâ
Annô Dom
Quinquag

sis Februarij Annô
Domini Millesimô
Septingentesimô
Quinquagesimô Nonô.

Oblata certi Contractûs inter P. Ducem Czartoryski Venatorem Rñi et J. Prochnicki initi.

Augustus Tertius &c:

Significamus &c: Quomodo coram Nobis, Actisq; præsentibus Metrices Regni Cancellariæ Nostræ Majoris personaliter comparens Generosus Thomas Franciscus bini nominis Prochnicki Secretarius Noster obtulit ad Acticandum, Actisq; præsentibus inscribendum Certum Contractum Resignationis Bonorum in eo expressorum inter Generosum Stanislaum in Ducatu Korecensi, Calvaria &c: Olexiniec Principem Czartoryski Venatorem Regni Luceoriensem &c: Capitaneum suo, et Generosa Anna de Rybinskie Consortis suâ Nomine Agentem ab una, et se offerentem partibus ab altera hic Varsaviæ Die Vigesimâ Secundâ Mensis Novembris Annô Domini Millesimô Septingentesimô Quinquagesimô Sextô, initum, et conclusum, manibus

manibus Eorundem JJ. Contrahentium pro-
prijs subscriptum, et Sigillis Gentilitijs in-
cera rubra hispanica expressis communitum,
polonico idiomate scriptum, sanum, salvum,
et illæsum, omnig prorsus suspitionis notâ
carentem, tenoris sequentis: Między Ja-
śnie Oświeconym Xiążęciem JMCią Sta-
nisławem na Xięstwie Łoreckim, Kalwa-
ryi, y Olexińcu Czartoryskim Łowczym
Wielkim Koronnym, Łuckim etc. Starosta
swoim, y J. O. Xiężney Jey Mci Anny z Rybin-
skich, Małżonki iako Dobr niżey wyrażo-
nych Dziedziczki: za którą pokoy wszelki
rzeczy: / czyniącym, z iedney, a JMćią Panem
Tomaszem Franciszkiem Prochnickim Se-
kretarzem J. K. Mci z drugiey strony, sta-
ngł pewny, a wniwczym wiecznemi czasy
nieodmienny Resignationis Bonorum
infrascriptorum Kontrakt, y postanowie-
nie: Iż J. O. Xiąże JMść Łowczy Koron-
ny zaciągnąwszy dwoch Summ upomie
nionego JMći Pana Tomasza Franciszka
Prochnickiego, et quidem pierwszey Trzy-
dzieści Tysięcy Złtch Polskich złocie boni

ponderis

ponderis in deportationem Juris Obligatorij
JW. Jmći Pana Niszczyckiego Kasztelana
Raciązkiego, Z Dobr Wsi Dobrzynca cum-
attinentijs w Woiewodztwie Mazowieckim,
Ziemi Czerskiey leżących, niegdy J. W. Jmći
Pana Rybinskiego WWdy Chełminskiego
a J. O. Xiężney Jeymći Łowczyny Koronney
wyżey wspomnioney Oyca Rodzonego dzie-
dicznych, y tez Same Dobra in eadem Sum-
ma Contractu Obligatoriō de data illius
Varsaviæ Vigesimâ Quintâ Mensis Junij
w Roku niniejszym 1756. spisanym, y
Actis Castrensibus Capitanealibus Varsa-
vien Feriâ Quartâ post Festum Visitatio-
nis Beatissimæ Virginis Mariæ robora-
wanym in Triennalem possessionem pu-
ściwszy, Drugą zaś Summę Osimnaście
Tysięcy Złtch Polskich w Złocie juxta Cur:
rentiam modernam Każdy Czerwony Złoty
rachuiąc po Osimnaście Złtch Polskich itidem
boni ponderis ex Provisione Annua quotan:
nis per Octo à Centum solvendo, ato ad-
manualem obligationem de Data illius
w Lutawach Dnia Dwudziestego Trze:
ciego Junij Ręką Tegoż J. O. Xięcia Jmći
podpisana, y pieczęcią stwierdzona, a

przez

to iest Trzydzieści Tysięcy Złtch Polskich Jure Obligatorio iako wyżey na te Dobra danych in deportationem JW. Jmći Panow Niszczyckich Matzonkow Kasztellanow Raciązkich, także Jure Obligatorio w tych Dobrach będących, Summę zaś Osimnaście Tysięcy Złtch Polskich simili monetâ ad manualem obligationem de actu suo superius annotatam in deportationem onerum Rybińsciano-rum iako to Kapituły Warszawskiey tam in Summa Capitali, quam provisionali, tudzież in pacificationem innych similis nature długgo sześć tysięcy Złtch Polskich na Dniu dzisieyszym do Skarbu J.O. Xięcia Jmći Łowczego Koronnego wyliczą, residuum zaś sześć Tysięcy ad complementum concertati pretij sześćdziesiąt Tysięcy Złtch Polskich sposobem w sponsyi pod Aktem dzisieyszym pro re J.O. Xięcia Jmći Łowczego Koronnego daney wyrażonym wypłaca tedy z przerzeczonego pretium, iako praesenti quietatur Contractu, tak secursiva Officiosa Translatione J.O. Xiąże Jmść swoim, y J.O. Xiężney Jey Mći Małżonki swoiey Jmieniem Kwitowali deklaruiesz, y obliguie. Jze

J.O.

J. O. Xiężna Jey Mść Matzonką swoią do-
approbowania niniejszego Kontraktu, tu-
dzież recognoscendam Donationem, do Kto-
rego-Kolwiek Grodzy y Akt Koronnych au-
tentycznych indebita assistentia stawi, a
to inspatio unius Anni przyrzeka. Przytym
Intromissyi Ktoregokolwiek czasu ad pre-
missa Bona uti jam Jmci Pana Prochni-
ckiego hæreditaria swoim, y J. O. Xiężney-
Jey Mci Imieniem dopuszcza. Ze tamowac
tey ze wolney Intromissyi przez się, lub ordy-
nowane osoby niebędzie assekurui się. Do-
kumenta wszelkie ad hæreditatem tych Dobr,
y ich ograniczenia stuzące. Inwentarze da-
wne y iakiekolwiek inne munimenta do-
tych Dobr sciągaiące się iakie tylko miec
może, et in Archivo Suo, lub alibi zostaiące,
takze in spatio unius anni oddac submittu-
ie się. Acze Inwentarz circa Contractum
Obligatorium in Fundo tych Dobr przez W.
Jmci Pana Benthowskiego Regenta, iako
Plenipotenta J. O. Xięcia Jmci Lowczego Ko-
ronnego, Dnia Dwudziestego Dziewiątego
Miesiąca Czerwca Roku Niniejszego Ty-
siąc Siedmset Siedziesiąt Szostego iest
spisany y podpisany, y namienionemu Jmci
Panu Prochnickiemu podany, więc ten etiam

do

do niniejszego Kontraktu, a Kontrakt do niego
go ad Statum Bonorum, non vero reparatio-
nem, ktora y pro suo libitu Jmci Panu Pro-
chnickiemu wolno czynic będzie referowac
się powinien. Przytym J. O. Xiąże Jmść Łowczy
Koronny Jemuż Jmci Panu Tomaszowi Fran-
ciszkowi Prochnickiemu Sekretarzowi J. K.
Mci, y Jego Sukcessorom Evictionem
omnem à quibuscunq; Personis Proximio-
ribus, et remotioribus na wszytkich Dobrach
swoich Dziedzicznych y Summach gdzie-
kolwiek znayduiących się, cavet, et solen-
niter inscribit obliguiąc się suis cum Suc
cessoribus in quocunq; officio, et Judicio Re-
gni Jegoz Jmci, y Jego Sukcessorow intuitu
Hereditatis, a quibus Impetitione occasio-
ne praemissorum Bonorum, aut latentis
oneris emanand tueri et evincere prze-
rzeczonego Jmci Pana Prochnickiego, Kto-
ry to Kontrakt, y wszelkie w nim zawiera-
iące się punkta, Klauzuły, Obligacye J. O.
Xżę Jmść Łowczy Koronny strzymac, zyscić,
y we wszytkim zadosyc uczynic obliguie się,
y asekuruie, ato sub Vadio Similis Sum-

md

md Sześćdziesiąt Tysięcy Złtch Polsk, tum da-
mnis Terrestribus simplici assertione absq;
Juramento taxandis, y takowy Kontrakt
dla tym Jego większey wiary y waloru przy
położeniu pieczęci swoiey Ręką własną
podpisawszy Aktami Grodzkiemi Warszaw.
skiemi, lub Metryki Koronney immediate
roborować deklaruie się. Forum in casum
contraventionis alicui puncto Contractus
presentis pomienionego Grodu Warsza-
wskiego Sobie, y Sukcessorom swoim ad
respondendum zapisuie y naznacza in
primo Citationis Termino peremptorie.
Działo się w Warszawie Dnia Dwudzie-
stego Drugiego Nowembris, Roku Pan-
skiego Tysiąc, Siedmset, Pięćdziesiąt, Szo-
stego. S. Xżę Czartoryski L. Kor. Miey-
sce Pieczęci rodowitey na laku czerwo-
nym wyciśnioney. Tomasz, J. Łochnicki
Sekretarz J.K.Mji mp Mieysce pieczęci
rodowitey na laku czerwonym wycisnio-
ney. Quem ejusmodi Contractum sic ut
premissum oblatum Nos ad Acta pro-
tentia Metricas Regni suscipi, ijsdem
inseri

inseri, et Parti postulanti authentice extradi, Originale verò rursus Eidem Jnõso Offerenti restitui permisimus, dequo recepto Cancelariam Nostram quietavit, praesentibusq̃ quietat, et Manu propriâ se subscribit.

Thomas Franciscus Rschnicki mpa. Jn Quorum Fidem dr. Actum, et Relatio ut supra.

Sub eodem Actu.

Roborat certum Contractum Jsũs Princeps Lubomirski Capitaneus Bohuslaviensis.

Augustus Tertius &c.

Significamus ex Qvomodo coram Nobis, — Actisq̃ praesentibus Metrices Regni Cancelariae Nostrae Majoris personaliter comparens Generosus Theodorus Hieronymus S. R. Jmperij Princeps Comes in Wisnicz et Jarostaw Lubomirski Generalis Locantenens Cavaleriae Exercitûs Regni Colonellus Comendans Regiminis Equestris Guardiae Regni Bohuslaviensis Ryczywoliend Capitaneus sanus mente, et corpore existens a Foro, Jurisdictione sua quavis propria et competenti recedendo, praesenti

senti vero Nostræ Regiæ Jurisdictioni se cum
Bonis suis generaliter omnibus subijciendo,
et incorporando sponte, palam, libere ac per
expressum recognovit, præsentibusq; recogno-
scit. Quia Ipse Conventionem certam, seu
Contractum inter Generosam Joannam ex
Baronibus de Stain Principem Lubomir-
skas Vexilliferam Regni, olim Generosi Geor-
gij Ignatij Sacri Romani Imperij Princi-
pis in Wisnicz et Jarostaw Comitis Lubomir-
ski Vexilliferi Regni Consortem dereli-
ctam Viduam ab una, et se Recognoscen-
tem, partibus ab altera, intuitu in actua-
lem possessionem Dimissionis Bonorum
Krasne, et Malawa cum attinentijs, ac ali-
arum Conditionum in eadem Conventione-
specificatarum, hic Varsaviæ Die Decimâ
Nonâ Mensis Martij annô immediatè
præteritô Millesimô Septingentesimo,
Quinquagesimô Octavô initâ et conscriptâ
Manibus prælibatorum GG. contrahentium
proprijs subscriptum, et Sigillis Eorun-
dem gentilitijs in cera nigra hispanica-
expressis communitâ, Damnis Terrestri-
bus firmatum, in omnibus ejusdem Con-
ventionis

ventionis seu Contractûs conditionibûs puncti-
ctis, clausulis, articulis, nexibus, vadiô, Foro,
ac ligamentis ex Persona sua roborat, con-
firmat, approbat, ac ratificat, eidemq; Conventioni seu Contractui tam in toto, quam in quavis minima ejus parte se suis cum Successoribus satisfacere submittit, presentibusq; declarat, Idq; sub damnis, Perestribus. In casu Contraventionis, vel in aliquo puncto non satisfactionis, Forum sibi suisq; Successoribus Officij Casrensis seu Judicij Terrestris Premisliensis ad respondendum assignando. Hâc suâ personali Recognitione ad præmissa mediante. In forma alias Roborationis plenissima, et de Jure perfectissima, quam prædictus Generosus Recognoscens manu propriâ subscripsit. I. Lubomirski L.L. Quam ejusmodi Roborationem, sicut præmissam factam et recognitam, Nos ratam, firmam, ac de Jure validam habentes, habereq; ab omnibus volentes, eam ad Acta præsentia Metrices Regni suscipi, ijdem inseri, et Parti postulanti authentice extradi permisimus. In Quorum Fidem &c. Actum, et Re-

latio

latio ut supra.

Sub eodem Actu

Roborat certam Conventionem

J. Princeps Lubomirski Capitaneus

Bohustavien.

Augustus III etc.

Significamus etc: Quomodo coram Nobis, Actisq̃
præsentibus Metricæ Regni Cancellariæ
Nostræ Majoris personaliter comparens
Generosus Theodorus Hieronymus S. Ro:
mani Imperij Princeps, Comes in Wisnicz
et Jarostaw Lubomirski Generalis Locum:
tenens Cavaleriæ Exercitûs Regni, Colo:
nellus Commendans Regiminis Equestris
Guardiæ Regni, Bohustaviensis, Rycz̃yw:
liensis Capitaneus sanus mente et corpore
existens, a Foro, Terris, Districtibus, et Ju:
risdictione sua quavis propria et compe:
tenti recedendo præsenti verò Nostræ Regiæ
Jurisdictioni se cum Bonis suis genera:
liter omnibus subijciendo, et incorporan:
do sponte, palam, libere ac per expressum
recognovit, præsentibusq̃ recognoscit. Quia
Ipse Conventionem certam seu Contra:
ctum inter se Recognoscentem ab una

et

et Generosum Paulum Tynecki Dapiferum
Bidgostiensem, Partibus ab altera intui-
tu Adviralitatis Super Bonis Villarum
Staromiescie, Ruska Wies, et Milocin
dictarum prætacto Generoso Paulo Tyne-
cki Dapifero Bidgostien per olim Gene-
rosum Principem Lubomirski Vexilli-
ferum Regni moderni Recognoscentis
Patrem in Curia Rzeszoviensi Die Primâ
Mensis Martij, annô Domini Mille-
simô, Septingentesimô, Quadragesimô
Octavô, concessæ et in arce Sanocensi,
Feriâ Sextâ post Dominicam Cinerum
proximâ, eôdem annô roboratæ, tum per
præsentaneum Generosum Recognoscen-
tem Feriâ Quartâ Ipso Die Festi Decollationis
Sancti Joannis Baptistæ annô Domini Mille-
simô Septingentesimô, Quinquagesimô Tertiô,
in eadem Arce Sanocensi confirmatæ, ac alia-
rum conditionum in eadem Conventione speci-
ficatarum Rzeszoviæ Die Septimâ Mensis
Aprilis annô immediatè præteritô Mil:
lesimô.

lesimô Septingentesimô Quinquagesimô
Octavô initâ, et consciptâ, manibûs præli:
batorum Generosorum Contrahentium
propriis subscriptâ et Sigillis Eorundem gen:
tilitijs ex parte memorati Generosi Reco:
gnascentis in cera nigra hispanica, ex par:
te vero Generosi Synechi Dapiferi Diego:
stieñ in cera rubra itidem hispanica ex
pressis communitâ, Damnis Terrestribus
firmatâ in omnibus ejusdem Conventio
nis seu Contractus conditionibus puri:
ctis, clausulis, articulis, nexibus, Vadio, Foro,
ac ligamentis ex Persona sua roborat, con:
firmat, approbat ac ratificat, Eidemq; Con:
ventioni seu Contractui tam in toto, quam
in quavis minima parte se suis cum Succes:
soribus satisfacere submittit, præsentibûsq;
declarat, id sub Damnis Terrestribus absq;
corporali Juramento taxandis. In casu ei:
dem Conventioni seu Contractui contra:
ventionis, vel in aliquo puncto non satis:
factionis Forum sibi, suisq; Successoribus
Officij Castrensis, seu Judicij Terrestris Re:
gnensis ad respondendorum tibi assi:
gnando, Hâc sua personali recognitione.

Ad

ad premissa mediante. In forma alias Roborationis plenissima et de Jure perfectissimâ, quam prædictus Generosus recognoscens manu propriâ subscripsit. T. Lubomirski P. L.

Quam ejusmodi Roborationem, sicut præmissum factam et recognitam, Nos ratam, firmam ac de Jure validam habentes, habericq; ab omnibus volentes, eam ad acta præsentia Metrices Regni suscipi, ijdem inseri, et Parti postulanti authentice extradi permisimus. In Quorum fidem &c. Actum et Relatio ut supra.

Sub eodem Actu

Inscribit Generosa Joanna de Stain Principissa Lubomirska Vexillifera Regni Filijs, et Filiabus Suis Summam Trium Millium Septingentorum Septuaginta Septem flor. Pol: gr. Viginti Trium et dimidij,

Augustus Tertius &c.

Significamus &c. Quomodo coram Nobis Actisq; præsentibus Metricis Regni Cancellaria Nostra Majoris personaliter comparens Generosa Joanna Baronissa de Stain Principissa Lubomirska olim Generosi Georgij Ignatij Sacri Romani Imperij

perij Comitis in Wisnicz, et Jarostaw Prin:
cipis Lubomirski Supremi Vexilliferi Re:
gni Bohustavien etc: Capitanei, Consors, re:
licta Vidua Domina Advitalitialis, et Re:
formatoria sana mente, et corpore existens,
à Foro, Terris, Districtibus, et Jurisdictione
sua quavis propria, et competenti recedeni
do, præsenti vero Nostræ Regiæ Jurisdictio
ni se cum Bonis suis generaliter omnibus
subijciendo, et incorporando, sponte, palam,
libere, ac per expressum recognovit, profen:
tibusq̃ recognoscit. Quia Ipsa Inscribit in
Bonis suis generaliter omnibus, Summisq̃
pecuniarijs habitis, et habendis Generosis
Adolpho, Georgio, et Francisco, tum Jose:
phæ, ac Barbaræ Virginibus Filijs, ac Fi:
liabus suis Minorennibus Lubomirskim
Summam Trium Millium Septingento:
rum Septuaginta Septem Florenos Gross:
rum Viginti Trium et dimidij Polonica:
lium, et quidem Filijs unicuiq̃ ex Sum:
ma eadem per noningentos Septuginta
unum Florenum Grossos Polonicales Duo:
decem et unius Semidimidium Filiabus
vero alterutri per Quadringentos Trigin:
ta unum Floren grossos Viginti duos Polo:

nicales

nicales, Portiones videlicet Successionis Kra:
sinsciane post sterilia Fata olim Gnōsi Bla:
sij Krasinski Capitanei Rasnicen Eosdem
concernentes de Manibus Magnifici Joan:
nis Comitis in Konskie ac Bialaczew à Ma:
tachowice Matachowski Supremi Regni
Cancellarij Ostrolęcen, Grodecen etc Capitanei
Die hodiernâ in Actu contentâ levatas, in et
pro Feria Secunda post Festum SS. Trium Re:
gum in Anno, sive annis proxime venturis co:
ram Actis Castrensibus Varsaviensibus sub
similibus Vadijs post avisationem sui Solven:
das, Pro quibus Citata in Castro Varsavien:
si respondebit peremptorie. Hâc suâ perso
nali Recognitione ad premissa mediante.
In forma alias Inscriptionis plenissima et
de Jure perfectissima. Quam Eadem Generosa
Recognoscens manu suâ propriâ subscripsit
Joanna Xiężna Lubomirska. Quam ejus:
modi Inscriptionem sic ut premissum fa:
ctam, Nos ratam, firmam ac de Jure vali:
dam habentes, haberiq; ab omnibus volentes
eam ad acta præsentia Metricæ Regni su:
scipi ijdem inseri, et Parti postulanti authen:
tice extradi permisimus. In Quorum fidem
etc. Actum et Relatio ut supra.

Sub eod.

Sub eodem. Actu.

Quietat Gnōsa Pr: Lubomirska Vexil-
lifera Regni Mātum Supremum
Rñi Cancellarium de Summa Trium
Millium Septingentorum Septua-
ginta Septem flor: pol. grs 23. et
dimidij.

Augustus Tertius &c.

Significamus etc: Quomodo coram Nobis,
Actisq̃ praesentibus Metrices Regni Can:
cellariae Nostrae Majoris personaliter
comparens Generosa Joanna Baronissa
de Stain Principissa Lubomirska olim Ge-
nerosi Georgij Ignatij Sacri Romani Im:
perij Principis Comitis in Wisnicz, et
Jarostaw Lubomirski Supremi Vexilli
feri Regni Exercituum S.ae R.ae M.tis
Generalis, Regiminis Guardiae Equestris,
Regni, Colonelli, Bohustavien etc: Capi:
tanei, olim Ill.ris Magnifici Hieronymi
Principis Lubomirski Castellani Cra-
covien Clava Majoris Ducis Regni, Fi-
lij, olim vero Magnificorum Georgij
Principis Lubomirski Supremi Mare-
schalci Regni, et Exercituum Campi
Ducis, et Constantiae de Ligezy Conjugum

gum Legitimorum Nepotis, demum olim Ma-
gnificorum Nicolai Ligęza Castellani San-
domirien, et Sophiæ de Krasinskie olim Mgci
Stanislai Krasinski Palatini Plocensis Fi-
liæ Conjugum Pronepotis Consors legitima
relicta Vidua Domina ab Eodem Generoso
Georgio Ignatio Principe Lubomirski Ve-
xillifero Regni Advitalitialis, et Reforma-
toria suo, et Generosorum Adolphi, Georgij
et Francisci, Josephæ ac Barbaræ Virgi-
num Principum Lubomirskich Filio-
rum, ac Filiarum suarum Minorenni-
um cum memorato olim Generoso Princi
pe Lubomirski Vexillifero Regni procre-
atorum: pro quibus pacem cavet: / nomi-
ne, sana mente, et corpore existens, a Jo-
ro, Terris, Districtibus, et Jurisdictione-
sua quavis propria, et competenti rece-
dendo, præsenti vero Nostræ Regiæ Juris-
dictioni se cum Bonis suis generaliter
omnibus Subjiciendo, et incorporando,
sponte, palam, libere, ac per expressum
recognovit, præsentibusq; recognoscit.
Quia Ipsa Magnificum Joannem Comi-
tem in Konskie et Białaczew a Mata-

chowice

chowice Matachowski Supremum Regni Cancellarium Ostrotzcen, Grodecen, etc. Capitaneum, Ejusq; Successores de Summa Trium Millium Septingentorum, Septuaginta, Septem Florenorum grossorum Viginti Trium et dimidij Polonicalium, et quidem prore, et interesse cujuslibet Filij per Florenos noningentos Septuaginta unum, grossos duodecem, et unius semidimidium Polonicales. Prore vero, et interesse cujuslibet Filiæ per Florenos Quadringentos Triginta Unum, et grossos Viginti duos, ac unius semidimidium polonicales proveni-entes, Portioneq; videlicet tota, et integra Successionis Krasinsciana Eoddem Principes Lubomirskie Filios, et Filias Minorennes ex Capite dictæ olim Magnificæ Sophiæ de Krasinskie Ligezina Castellanæ Sandomiriensis Ipsorum abaviæ post Sterilia Fata, olim Generosi Blasij Krasinski Capitanei Rasnicensis in Virtute Complanationis inter Magnificos Krasinskie abuna, et prædictum Magnificum Matachowski Supremum Regni Cancellarium, ac alios Consuccessores Krasinscianos Varsaviæ Die Vigesimâ

mâ Secundâ Mensis Martij Annò Domini
Millesimô, Septingentesimô, Quinquagesimô
Quintô, parte ab altera initâ, ac conscriptâ
Manibûs Partium Complanantium, et Ami-
corum propriis subscriptâ, Actis Metricis Re-
gni Sabbathô pridie Dominicâ Ramis Pal-
marum Annô eodem roboratâ, concernente
per Eundem Magnificum Supremum Regni
Cancellarium circa Quietationem Feriâ Ter-
tia post Festum Divæ Annæ Matris Glorio-
sissimæ Virginis Mariæ Annô Eôdem Mil-
lesimô, Septingentesimô, Quinquagesimô,
Quintô coram Actis Castrensibus Varsa-
viensibus in Rem et Personas Magnifico-
rum Krasinskich recognitam Consuccesso-
ribus inscripta, et adsolvendum assecurata,
Dieq; hodiernâ per prælibatum Magnificum
Supremum Regni Cancellarium ad Manus
Sua recognoscentis realiter, et effective exo-
luta, quietavit, absolvit, et liberum misit,
prout quidem quietat, absolvit et liberum
mittit, Evictionem respectu ejusdem Sum-
mæ esse, et Personis memoratorum Re-
cognoscentis Filiorum, et Filiarum Eidem
Magnifico Supremo Regni Cancellario
cavet, et inscribit, hâc Suâ Recognitione

ad

ad præmissa libere, ac benevole accidente. In forma alias Quietationis plenissima, et de Jure perfectissima. Quam Eadem Generosa Recognoscens Manu suâ propriâ subscripsit. Joanna Xiężna Lubomirska.

Quam ejusmodi Quietationem, sicut præmissum, factam, et recognitam, Nos ratam firmam, ac de Jure validam habentes, habereq̃ ab omnibus volentes, eam ad Acta præsentia Metrices Regni Suscipi, ijsdem inseri, et Sarti postulanti authentice extradi permisimus. In Quorum fidem &c.

Actum et Relatio ut Supra.

Sub eodem Actu.

Quietat J. Princeps Lubomirski Capitt Bohuslavien. Nfum Supremum Rñi Cancellarium de Summa Mille Quadringentorum Trium Florb. Pol. grossorum Quinque.

Augustus Tertius &c.

Significamus &c. Quomodo coram Nobis, Actisq̃ præsentibus Metrices Regni Cancellariâ Nostræ Majoris personaliter Comparens Generosus Theodorus S. R. Imperij Princeps Comes in Wisnicz et Jarostaw Lubomirski Bohuslavien, Ryczywolien etc. Capitaneus

neus Generalis Regiminis Guardiæ Equestris
Regni olim Generosi Georgij Ignatij Principis
Lubomirski Vexilliferi Regni Filius, olim
vero Illūs Magnifici Hieronymi Princi-
pis Lubomirski Castellani Cracoviensis-
Nepos, demum olim Magnificorum Georgij
Principis Lubomirski Supremi Mareschalci
Regni, et Exercituum Campi Ducis, ac Con-
stantiæ Liggzanka Conjugum legitimorum,
Pronepos, tandem olim Magnificorum Nico-
lai Liggza Castellani Sandomiriensis, et So-
phiæ Krasinska olim Magnifici Stanislai
Krasinski Palatini Plocen Filiæ legitimo-
rum Conjugum Abnepos, suo, et Generosæ
Mariannæ de Lubomirskie Generosi Ada-
mi in Zakliczyn Jordan Palatinidæ Pra-
davien Consortis, Sororis sui Recognoscen-
tis germanæ: pro cujus Ratihabitione-
cavet: / nomine, sanus mente, et corpore exi-
stens à Foro, Terris, Districtibus, et Juris-
dictione sua quavis propria, et compe-
tenti recedendo, præsenti vero Nostræ Re-
giæ Jurisdictioni se cum Bonis suis ge-
neraliter omnibus subijciendo et incorpo-
rando, sponte, palam, liberè, ac per expres-
sum recognovit, præsentibúsq; recognoscit.

Quia

Quia Ipse Magnificum Joannem Comitem
in Konskie et Biataczew a Matachowice
Matachowski Supremum Regni Cancella:
rium, Grodecensem, Ostrolęcensem etc Capi:
taneum, Ejusq Successores de Summa Mille
Quadringentorum Trium Florenorum gros:
sorum Quinque polonicalium Portione vide:
licet tota, et integra Successionis Krasin:
sciana se Recognoscentem erga Supram:
moratam Sororem Suam germanam ex capi:
te dicta olim Magnifica Sophia de Krasin:
skie Ligęzyna Castellana Sandomirien
Abavia Sua post sterilia fata olim Genero:
si Blasij Krasinski Capitanei Brasnicen
in virtute Complanationis inter Magnifi:
cos Krasinskie ab una, et prædictum Ma:
gnificum Matachowski Supremum Regni
Cancellarium ac alios Consuccessores Kra:
sinscianos Varsaviæ Die vigesimâ Secundâ
Mensis Martij Annô Domini Millesimô
Septingentesimô Quinquagesimô Quintô
Parte ab altera initâ, ac conscriptâ, Manu:
bus Partium Complanantium et Amico:
rum propriis subscriptâ, actis Metrices
Regni Sabbathô pridie Dominicæ Ramis
Palmarum Annô eôdem roboratâ, concer:
nente, per Eundem Magnificum Matacho:

wski

wski Supremum Regni Cancellarium circa
Quietationem Feriâ Tertiâ post Festum Divæ
Annæ Matris Gloriosissimæ Virginis Ma-
riæ Annô eôdem Millesimô Septingente-
simô Quinquagesimô Quintô, coram Actis
Castrensibus Varsaviensibus in rem, et Per-
sonas Magnificorum Krasinskich recogni-
tam, Consuccessoribus inscripta, et ad Sol-
vendum assecurata, Dieq̃ hodiernã per prä-
libatum Mgcum Supremum Regni Cancel-
larium sibi realiter, et effectivè exoluta, quiè-
tavit, absolvit, et liberum misit, prout quidem
quietat, absolvit, et liberum mittit, Evictionem
respectu ejusdem Summæ ex re et Persona
sua ac memoratæ Generosæ Jordanowa La-
tinidæ Braclavien Sororis suæ germanæ
Eidem Magnifico Supremo Regni Cancellario
cavet, ac inscribit. Hâc suâ personali Reco-
gnitione ad præmissa mediante. In forma
alias Quietationis plenissima, et de Jure per
fectissima. Quam Idem Generosus Recogno-
scens Manu propriâ subscripsit. J. Lubomir-
ski S.L. Quam ejusmodi Quietationem si
ut præmissum factam, et recognitam Nos.
ratam, firmam, ac de Jure validam haben-
tes, haberiq̃ ab omnibus volentes eam ad
Acta præsentia Metrices Regni suscipi,

ijsdẽ

ipsdem inseri, et Parti postulanti authenticè ex-
tradi permisimus. In Quorum fidem &c: Actum
et Relatio ut supra.

Actum Varsaviæ Fe-
riâ Sextâ post Festũ
Purificationis Bñæ
Virginis Mariæ pro-
xîmâ Die scilicet
Nonâ Mensis Febru-
arij Millesimô Septin-
gentesimô Quinqua-
gesimô Nonô Annô.

Roborat Scriptum certum S. Rze-
wuski Notarius Campestris Rñi
in rem Nobium Meynonich Conju-
gum. Augustus Tertius &c:

Significamus &c: Quomodo coram Nobis,
Actisq; præsentibus Metrices Regni Cancel-
lariæ Nostræ Majoris personaliter com-
parens Generosus Franciscus Rzewuski
Notarius Campestris Regni sanus mente,
et corpore, existens à Foro, Terris, Districti-
bus, et Jurisdictione sua quavis propria,
et competenti recedendo præsenti vero No-
stræ Regiæ Jurisdictioni secum Bonis suis
generaliter

generaliter omnibus subijciendo, et incorporan:
do sponte, palam, libere, ac per expressum reco:
gnovit, presentibusq; recognoscit. Quia Ipse
Scriptum certum hic Varsavie Die Quartâ
Mensis et anni nunc currentium suo et Gene:
rosæ Consortis Sue s: pro cujus ratihabitio:
ne solenniter cavet, presentibusq; se inscri:
bit: s: Nomine, Nobilibus, Francisco, et Anne
Mainonim Conjugibus super Summam
Centum Millium Florenorum Polonicali:
um datum, ac serviens, Manu sui Recogno:
scentis subscriptum, et Sigillô Gentilitiô
in cera rubra hispanica expressô commu:
nitum, in omnibus punctis, clausulis, ar:
ticulis, nexibus, conditionibus, et ligamen:
tis roborat, approbat, confirmat, ac ratifi:
cat eidemq; Scripto tam in totô, quam in
quavis minima parte starq, et satisfa:
cere se cum suis Successoribus submittit,
ac presentibus declarat, Jdq; sub refusio:
ne quorumvis damnorum in casu pre:
mentionato Scripto non satisfactionis,
vel in aliquo puncto non adimpletionis,
aut contraventionis irremissibiliter in
quovis Foro, et Judicio respectenda, vim:

dicanda

dicanda ac succumbenda. Hãc suã personali Recognitione ad præmissa mediante. Jn for: ma alias Roborationis scripti plenissima, et de Jure perfectissima. Quam Idem Gener: rosus Recognoscens manu propria subscri: psit. Franciscus Rzewuski Nõtarius Cam: pestris Regni. Quam ejusmodi Roboratiõ: nem, sicut præmissum factam et recogni: tam, Nos ratam, firmam ac de Jure validam habentes, haberiq; ab omnibus volentes, eam ad acta præsentia Metricas Regni susci: pi, ijsdem inseri, et Parti postulanti authen: tice extradi permisimus. Jn Quorum Fidem Dei Actum et Relatio ut supra.

Actum Varsaviæ Feriã Quintã ante Dominicam Remi: niscere Quadragesi: malem proximã Die Scilicet Octavã Men: sis Martij Annõ Dñi Millesimõ Septingente: simo Quinquagesimo Nono

Inscribit M. Supremus Añi Cancel: larius

larius Generosa Marianna Wolska
Summam Viginti Millium flor: pol:
. Augustus Tertius &c:
Significamus &c: Quomodo coram Nobis,
Actisq: praesentibus Metrices Regni Cancel:
lariæ Nostræ Majoris personaliter compa:
rens Magnificus Joannes Comes in Konstie
et Biataczew à Matachowice Matacho:
wskì Supremus Regni Cancellarius, Gro:
decensis, Ostrolœcensis etc: Capitaneus, sa
nus mente, et corpore existens à Foro Jer:
ris, Districtibus, et Jurisdictione suaqua:
vis propria et competenti recedendo, pre:
senti vero Nostræ Regiæ Jurisdictioni secun
Bonis suis generaliter omnibus subijcien:
do et incorporando sponte, palam, libere,
ac per expressum recognovit, præsenti:
busq: recognoscit. Quia Ipse Generosæ Ma:
riannæ Wolska olim Generosi Joannis Wol:
ski Dapiferi Chencinensis S.R.M.tis
et Sigilli Majoris Regni Secretarij Fi:
liæ Virgini innuptæ ejusq: Succesori:
bus Summam Viginti Millium Floren
polon. in auro aequi et justi ponderis ab
Eadem Gnosa Marianna Wolska Die
hodierna

hodierna in Actu contenta contractam, in et
super Bonis suis generaliter omnibus, sum:
misq; pecuniarijs, habitis et habendis, modo
certi, justi et realis debiti inscribit, et asse:
curat, eandemq; Summam pro Feria Secun:
da post Dominicam Reminiscere Quadra:
gesimalem proxima, in Anno Deo dante
venturo Millesimô Septingentesimô Se:
xagesimô coram Actis Castrensibus Opo:
cnensibus unà cum Provisione per octo à
Centum a die eadem hodierna in Actu ex:
pressa ad prædictum Terminum Anni ven:
turi Millesimi Septingentesimi, Sexagesi:
mi computanda, sese suis cum Successoribus
enumeraturum et exoluturum submittit, pre:
sentibûsq; declarat. Pro qua quidem Summa
cum Provisione Citatus existens prefatus
Magnificus Supremus Regni Cancellarius
coram prælibato Officio Castrensi Opocnensi
suis cum Successoribus respondebit pere:
ptorie, hâc Suâ personali Recognitione
ad premissa mediante. In forma alias In:
scriptionis Debitoreæ plenissima, et de Ju:
re perfectissima, Quam Idem Magnificus
Recognoscens Manuscriptâ propria subscri:
psit. I. Matachowski S. R. Canc: mp. Quam

ejusmodi

ejusmodi Inscriptionem sic ut præmissum fa:
ctam, et recognitã, Nos ratam, firmamq; de
Jure validam habentes, haberiq; ab omnibus
volentes eam ad Acta præsentia Metrices
Regni suscipi, ijdem inseri, et Parti postu:
lanti authentice extradi permisimus. In
Quorum fidem &c. Actum et Relatio ut su:
pra.

Actum Varsaviæ Fe:
riâ Secundâ in Cra:
stino Dominicæ Rã:
miniscere Quadragesima:
lis Die scilicet Duode:
cimâ. Mensis Martij
Millesimô Septingen:
tesimô Quinquagesi:
mô Nonô Anno.
Cedit. M. Bielinski Supr Rñi Ma:
reschalcus de Summa Octuaginta
unius Millium Centum octuaginta
Duorum flor. pol. Jô Josepho Ko:
mirowski.

Augustus Tertius &c.
Significamus &c. Quomodo coram Nobis,
Actisq; præsentibus Metrices Regni Can:
cellariæ Nostræ Majoris personaliter com
parens

parens Magnificus Franciscus Bielinski
Supremus Regni Marschalcus Rohatinen:
sis &c: Capitaneus sanus mente, et corpore
existens, à Foro, Terris, Districtibus et Juris:
dictione sua quavis propria et competentiæ:
cedendo, præsenti verò Nostræ Regiæ Juris:
dictioni se cum Bonis suis generaliter —
omnibus subijciendo, et incorporando sponte
palam, libere, ac per expressum recognovit,
præsentibûsq; recognoscit. Quia Ipse Sum:
mam Octuaginta Unius Millium, Centum
Octuaginta Duorum Florenorum Polonica:
lium ex Summa Ducentorum Quindecem
millium Quinquaginta Unius Florenorum
et Grossorum Quindecem Polon virtute bi:
norum Scriptorum Manualium per olim
Magnificum Jacobum Sigismundum Ry:
bińsKi protunc Venatorem et Genera:
lem Exercituum Regni, exposcrò Pala:
tinum Culmensem olim Magnifico Joan:
nem Gegrgio Przebendowski Supremo Regni
Thesaurario Annô Millesimô Septingen:
tesimô Decimô Tertiô datorum, Eiden —
olim Magnificô Przebendowski Supremo
Regni Thesaurario debita, Decretô Con:
descensoriali in Fundo Bonorum Oppidi

Glinianka

Glinianka et aliorum inter Magnificos
Morsztyny Palatinos Livoniæ Conjuges,
Creditoresq; prædicti olim Magnifici Jacobi,
Sigismundi Rybinski Palatini Culmensis
seq; Recognoscentem, ac olim Magnificam
sui Magnifici Recognoscentis Consortem
Feriâ Secundâ post Domini cum Exaudi
Annô Millesimô Septingentesimô Tri-
gesimô Secundô robore Decreti Tribunali-
tij Petricoviensis lato, ad actaq; Castrensia
Cernensia Feriâ Quartâ post Festum Nati
vitatis Beatissimæ Virginis Mariæ An-
nô eodem per oblatam porrecto, liquidata,
olim Magnifica Dorothea Henrietta de
Przebendowskie olim præfati Magnifici
Joannis Georgij Przebendowski Supremi-
Thesaurarij Regni Filia, primi olim Ma-
gnifici Nicolai Ducis Radziwill Palati-
ni Novogrodensis, Secundi verò voti sui
Recognoscentis Consorti adjudicata, per
Eandemq; suam Consortem circa hocce De-
cretum Condescensoriale præstitô Jura-
mentô evicta derivantem, Subalternoq;
Decreto Condescensoriali in Fundo Eorun-
dem Bonorum Glinianka Feriâ Quartâ
post Festum Sanctorum Fabiani et Seba-
stiani

stiani Martyrum Annô Millesimô, Septin-
gentesimô Trigesimô Octavô, inter Magni-
ficam Helenam de Potockie primo Bitha-
cka, Secundô Rybinska, Tertiô Duninowa,
Quartô et ultimô votô Morstynowa Pala-
tinam Livonid, ac Generosos Duces Czarto-
ryskii Conjuges, Creditoresq; Rybinscia-
nos, ac se Recognoscentem Suamq; Consor-
tem, itidem virtute Decreti Tribunalitij
Petricovien subsecuto, ad Acta Castrensia
Varsaviensia Feriâ Tertiâ post Domini-
cam Oculi Quadragesimalem Annô eodem
ingrossatô dispartitam, et quidem in Quan-
titate septuaginta unius Millium Cen-
tum Octuginta duorum Florenq; Polon ad
Bona Oppidi Sliniarska, Villasq; Wolka-
Karczewska, Wolka Ducka, Czarnowka, Mo-
lendinaq; et Tabernas; In Quota vero De-
cem Millium Florenorum polon ad Bona-
Wolka Mlacka in Palatinatu Masovid
et Terra Cernen sitt applicatam, et anne-
xam, primitive quidem per se Recognoscen-
tem suo, et olim suprascripta, Magni-
fice Consortis sua nomine, Generoso An-
tonio Niborski protunc Capitaneo Lie-
chanovien ad præsens Generali Majori Exer-
citûs

citus Regni, Actis Castrensibus Cernensi-
bus Feriâ Quartâ post Festum Sæ Luciæ Vir:
ginis et Martyris Annô Millesimô, Septin-
gentesimô Quadragesimô Tertio intercedente
coram eisdem Actis, et sub eodem Actu Similis
Summa per se Recognoscentem prorepræfatæ
olim Magnificæ Consortis suæ in recompensam
recognita Inscriptione transfusam, per Eundem
Gnôsum Nieborski Annô Millesimô Septin-
gentesimô, Quadragesimo Quintô, Feriâ
Tertiâ Ante Festum Sanctæ Margarethæ Vir:
ginis, et Martyris Actis eisdem Castrensibus
Cernensibus sibi Recognoscenti retroces sam
cumq; Provisionibus ab Actu suprascripti,
Decreti Conversionalis Anni Millesi-
mi Septingentesimi Trigesimi Secundi ei
ad quod Decretum Summa præmissa Ju:
ramentô evicta, ad Actum Traditionis —
Annô Millesimô, Septingentesimô Trige:
simô, Sextô, intercedentis proveni entibus
unaq; cum reparatione, ac Inventarijs pe:
corum pecudum, universaq; Supellectili
Œconomica, stante suâ possessione in Bo:
na eadem introductâ, ac cum Processu, in
quocunq; Subsellio eo intuitu obtento, —
cumq; totali, et integro Jure suo, paratoq;

Bonorum

Donat M. Bielinski Mareschalcus

cus Supr: Rñi Gnōso Francisco Bielin:
ski Capitt: Osiecensi Palatium Cu:
riolam, Oppidum Bielino et Pra:
dium Katczyn ad Varsaviam sita.
Augustus Tertius &c:

Significamus &c: Quomodo coram Nobis,
Actisq̃ præsentibus Metrices Regni Can:
cellaria Nostra Majoris personaliter com:
parens Mgcus Franciscus Bielinski Su:
premus Regni Mareschalcus Rohatinen:
sis etc Capitaneus, sanus mente, & corpore
existens a Foro, Terris, Districtibus et Juris:
dictione sua quavis propria, et competenti
recedendo præsenti vero Nostræ Regiæ Ju:
risdictioni secum Bonis suis generaliter
omnibus subijciendo, et incorporando sponte
palam, libere, ac per expressum recognovit,
præsentibūsq̃ recognovit. Quia Ipse Ge:
neroso Francisco Bielinski Capitaneo
Osiecensi, olim Mgci Michaëlis Bielinski
Palatini Culmensis cum Magnifica The:
cla de Leptowska matrimoniali ter-
procreato Filio sui vero Recognoscentis
ex Patre

ex Fratre Nepoti, Illiusq; Successoribus jam ex-
nunc & de facto Palatium suum proprium, et
Hereditarium ad Varsaviam in Grzybow ja-
cens, in fundo antehac Szumowski vocitato
Constitutione Regni Anni Millesimi, Sex-
centesimi Septuagesimi, Septimi, Jure Teri
restri gaudente situm, nec non Oppidum —
Bielino dictum, tum Curiolam muratam
Otwockie dictam, eidem Palatio adjacentia,
atq; Praedium Kalęczyn itidem ad Varra-
viam extans, cum eorum fundis, ac omni, et
integro Jure suo Dominio, proprietate, pro-
pinquitate, Titulo; hereditario, tum Arc-
is, hortis, adificijs Structuris parvis et ma-
gnis, stabulis, granarijs, muris, cunctisq;
atlinentijs, ac suprafati Palatij commodis
tam ad Idem Palatium, quam praedictam
Curiolam et Oppidum Bielino, Praediumq;
Kalęczyn spectantibus, utilitatibusq;, ac
fructibus generaliter omnibus nihil sibi suisq;
Successoribus quidquam Juris aut cujus vis
pretensionis ad eadem reservando vel exci-
piendo dat, donat, confert, inscribit, et resi-
gnat

gnat, purâ, merâ, irrevocabiliq; Donatione.
Intromissionem Ipsi in præfatum Palatium
tum quoq; Curiolam, atq; Oppidum Bieling et
Prædium Kalteczyn præsentibûs resignata per
Ministerialem quemvis Regni Generalem quem-
cunq; et Nobiles duos quosvis protempore-
conducendos officiosè acceptandam libere dat,
et admittit. Pacem cum Quitione, et Sufficien-
ti Evictione in et super Bonis suis genera-
liter omnibus cavet, et cum suis Successoribus
inscribit, ac asecurat. Idq; sub Damnis Ter-
restribus simplici verbô absq; Juramento cor-
porali taxandis. Pro quibus casu non præstita e-
victionis ad Forum competens Citatus existens
aut Successores Ejus Citati semper in primo
Citationis Termino, tanquam peremptorio sta-
re, Juri parere, respondere, Judicatum pati, Da-
mnaq; Terrestria Succubita solvere, et nihil-
ominus Inscriptioni præsenti Donatariâ in
toto, et per omnia satisfacere suis cum Suc-
cessoribus s: semotis omnibus Juris protella-
tionibûs!

tionibûs: debebit, ac tenebitur. Hâc sua perso:
nali Recognitione ad premissa mediante. In
forma alias Donationis cum Evictione pleniss:
sima, et de Jure perfectissima. Quam pro majo:
ri firmitate Idem Magnificus Recognoscens
manu propriâ subscripsit. F. Bielinski S.R.
M. mp Quam ejusmodi Donationem, sic ut
premissum, factam, et recognitam, Nos ratam,
firmam, ac de Jure validam habentes, haberiq
ab omnibus volentes, eam ad Acta presentia
Metrices Regni suscipi, ijsdem inseri, et Par:
ti postulanti authentice extradi permisimus.
In Quorum fidem &c. Actum et Relatio ut
supra.

Sub eodem Actu

Donat Mfcus Supr. Rñi Mareschal:
cus Jnõso Francisco Bielinski Capitl
Osiecen Medietatem Curiolæ Varsa:
via in Platea longa dicta sitt.

Augustus Tertius &c.

Significamus &c. Quomodo coram Nobis, Actisq
præsentibus Metrices Regni Cancellariæ No:
stræ Majoris personaliter comparens Magni
ficus Franciscus Bielinski Supremus Regni
Mareschalcus

Marschalcus Rohatinensis, dr. Capitaneus, sa-
nus mente, et corpore existens, à Foro, Terris, Di-
strictibus, et Jurisdictione sua quavis propria
et competenti recedendo, presenti vero Nostræ
Regiæ Jurisdictioni se cum Bonis suis gene-
raliter omnibus subijciendo, et incorporando
sponte, palam, libere, ac per expressum reco-
gnovit, præsentibusq; recognoscit. Quia Ipse
Generoso Francisco Bielinski Capitaneo
Osiecensi, olim Magnifici Michaëlis Bie-
linski Palatini Culmensis cum Magnifi-
ca Thecla de Septowskie matrimonialiter
procreato Filio, sui vero Recognoscentis ex
Fratre Nepoti, Illiusq; Successoribus jam
ex nunc et de facto Medietatem Curiæ, et
fundi hic Varsaviæ in Platea longa dicta in-
ter suas vicinitates, videlicet inter Curiam
Sepiezynski ab una, atq; Domum Dąbrowscia-
nam parte ex altera situatæ, et jacentis
ad se Recognoscentem vigore Juris Culmensis
ex Magnifica olim Henrietta de Rebendo-
wskie Conjuge sua devolutam cum omni ac
integro Jure suo Dominio, proprietate, pro-

pinquitate

pinquitate, Titulog hereditario, tum adificijs structuris parvis et Magnis, stabulis, granarijs, muris, cunctisg attinentijs, commodis, utilitatibus ac fructibus generaliter omnibus adpraedictam medietatem Curiæ et fundi spectantibus, nihil sibi, suisq Successoribus quidquam Juris, aut cujusvis pretensionis ad eandem reservando, vel excipiendo dat, donat, confert, inscribit, et resignat, purâ, merâ, verâ, irrevocabilig Donatione. Intromissionem Ipsi inpraetactam medietatem Curiæ, et fundi praesentibûs Resignatam per Ministerialem quemvis Regni Generalem officiose acceptandam libere dat, et admittit, Evictionem insuper et Quitionem omnimodam ab omnibus, et singulis quarumvis Personarum impedimentis praestandam cavet, eamq in et super Bonis suis generaliter omnibus suis cum Successoribus inscribit. Hâc suâ personali Recognitione ad premissa mediante. In forma alias, Donationis plenissima, et de Jure perfectissima. Quam Idem Mgcus Recognoscens manu propria subscripsit

J Bie-

F. Bielinski I. R. M. mp Quam ejusmodi Donationem, sic ut premissum factam, et recognitam, Nos ratam, firmam, ac de Jure validam habentes, habereq̃ ab omnibus volentes eam ad Acta præsentia Metrices Regni suscipi, ijsdem inseri, et Latori postulanti authentice extradi permisimus. In Quorum fidem &c. Actum &c. Relatio ut supra.

Sub eodem Actu.

Donat Magnificus Supremus Regni Mareschalcus, Generoso Francisco Bielinski Capitaneo Osiecensi Curiolam in Sztutec ad Varsaviam sitam.

Augustus Tertius &c.

Significamus &c. Quomodo coram Nobis Actisq̃ præsentibus Metrices Regni Cancellariæ Nostræ Majoris personaliter comparens Magnificus Franciscus Bielinski, Supremus Regni Mareschalcus

Mareschalcus Rohatinensis &c: Ca:
pitaneus, Sanus mente, et corpore
existens à Foro, Terris, Districtibus
et Jurisdictione sua quavis propria,
et competenti recedendo, praesenti ve:
ro Nostrae Regiae Jurisdictioni se cum
Bonis suis generaliter omnibus Subji
ciendo, et incorporando, sponte, pa:
lam libere ac per expressum recogno:
vit, praesentibûsq̃ recognoscit. Quia
Ipse habitô Consensu à Nobili et
Spectabili Magistratu Antiquae
Varsaviae, Die hodierna in Actu con:
tentâ, quo ad fundum infra expres:
sum dato, jam exnunc, et de facto
Curiam suam in fundo Civitatensi ad
Varsaviam in Szolce jacente ex:
structam, cum omni Jure, Dominio,
et proprietate nihil sibi, suisq̃ Suc:
cessoribus ad praedictam Curiam
reservando, aut excipiendo Generoso

Francisco

Francisco Bielinski Capitaneo Osiē-
censi olim Magnifici Michaelis-
Bielinski Palatini Culmensis cum
Magnifica Thecla de Leptowskiè ma-
trimonialiter procreato Filio, sui vero Re-
cognoscentis ex Fratre Nepoti, Il-
lius q̃ Successoribus cum omni, ac in-
tegro Jure suo, Dominio, proprietate,
propinquitate, Titulo q̃ hæreditario, ita
late, longe, et circumferentialiter prout
in suis metis, ac sepimentis ad præsens
possidet, salvō Censu ad erarium præ-
fatæ Civitatis Antiquæ Varsaviæ ex
supradicto fundo quotannis præstan-
do, nihil sibi, suisq̃ Successoribus quid-
quam Juris, aut cujusvis pretensionis
ad eandem reservando, vel excipiendo, dat,
donat, confert, inscribit, et resignat, purâ
merâ, verâ irrevocabiliq̃ Donatione.
Intromissionem Ipsi in præfactam Cu-
riam

riam præsentibûs resignatam, per Mini-
sterialem quemvis Regni Generalem offi-
ciosè acceptandam libere dat, et admittit.
Evictionem insuper, et Juitionem omnimo-
dam ab omnibus, et singulis quarumvis
Personarum impedimentis præstandam
cavet, eamq; in et super Bonis suis ge-
neraliter omnibus suis cum Successori-
bus inscribit. Hâc suâ personali Re-
cognitione ad præmissa mediante. In
forma alias Donationis Resignato-
riæ plenissima, et de Jure perfectis-
sima. Quam Idem Magnificus Re-
cognoscens Manuproprià Subscripsit.
J. Bielinski S.R.M. m.p Quam ejus-
modi Donationem, sic ut præmissum
factam, et recognitam, Nos ratam, fir-
mam ac de Jure validam habentes, ha-
beriq; ab omnibus volentes, eam ad Acta
præsentia Metrices Regni suscipi, ijsdem
inseri, et Parti postulanti authentice exi-
tradi permisimus. In Quorum Fidem &c. Actum

Et

et Relatio ut supra

Sub eodem Actu.

Donat Magnificus Supremus Rñi Mareschalcus Gñoso Stanislao Bielinski Capitaneo Gar: volinensi Bona Parysow, et alia, ac de Summis deportatis cedit.

Augustus Tertius &c.

Significamus &c: Quomodo coram Nobis, Actisq̃ præsentibus Metrices Regni Cancellaria Nostra Majoris personaliter comparens Mgcus Franciscus Bielinski Supremus Regni Mareschalcus, Rohatinensis &c: Capitaneus, sanus mente, et corpore existens, a Toro, Terris, Districtibus, et Jurisdictione sua quavis propria, et competenti recedendo, præsenti vero Nostræ Regiæ Jurisdictioni se cum Bonis Suis generaliter omnibus subijciendo, et incorporando, sponte, palam, libere, ac per expressum recognovit, præsentibusq̃ recognoscit. Quia Ipse Gñoso Stanislao

Stanislao Bielinski Capitaneo Jarvolinensi,
olim Magnifici Michaëlis Bielinski Pala:
tini Culmensis cum Magnifica Thecla de
Leptorowskie Matrimonialiter procreato Filio,
sui vero Recognoscentis ex Fratre Nepoti,
Ejusq; Successoribus jam exnunc et defacto
Bona sua videlicet Laryssow, Koziow, Choyny,
Gorki, Goletzki, Lorchla, Leszanky, Lukowiec,
Dembe, Budziska, Kolaczki, Gloskow, Dutky,
Wrzosow, Witkty Staraq wolq, Letow, Zawady,
cum attinentijs in Palatinatu Masovie,
Terra vero Cernensi sita propria et hare-
ditaria cum Jure Patronatus praesentan:
dorum quorumvis Beneficiorum Ecclesia:
sticorum ijsdem Bonis ab antiquo Serviente
tum omni et integro Jure suo, Dominio, proprie:
tate, hereditate, Titulo hereditario Pala:
tijs, Curijs, Aedijs, Areis, fundis, agris, pratis
campis cultis et incultis, novalibus agrorum
conseminationibus, segetibus, frumentis, hor:
tis pomarijs, alvearijs, pascuis, pascuarijs
expulsorijs, borris, nemoribus, rubetis, virgul:
tis, indaginibus, stagnis, piscinis, fluvijs, flu:

minibus

minibus torrentibus, Molendinis, molendinatoribus, Tabernis, Tabernatoribus, Braxatorijs, Edificijs, Structuris, Stabulis, granarijs, Oppidanis, Cmethonibus, Hortulanis, Inquilinis, Incolis, cumq̃ omnibus Subditis prefatorum Bonorum, tamin Bonis residentibus, quam profugis, ubicunq̃ locorum existentibus, eorumq̃ uxoribus, liberis, gazis, Domibus, laboribus, vigilijs, Dationibus, obedientia necnon cum omnibus usibus, fructibus reditibus, proventibus, emolumentis atlinentijsq̃ et pertinentijs universis desertis quomodocunq̃ vocitatis ad eadem Bona nunc, et antiquitus spectantibus nullis penitus exceptis ita late, longe et circumferentialiter, prout prementionata Bona in suis metis, ac limitibus extenduntur, sive extendi debent, et prout per Ipsum Magnificum Recognoscentem vigore Juris sui hæreditarij possidebantur, possideriq̃ debebunt, nihil inibidem prose, et Successoribus suis, vel quopiam alio reservando, sed omnibus ingenere, et singulis in specie comprehensis

et

et demum cum omnibus Juribus, Inscriptioni-
bus, et quibuscunq; Literatorijs Documentis
et Dispositionibus ad hæreditatem dictorū
Bonorum spectantibus, et sese regulantibus,
merô, verô, puro, et irrevocabili Donatio-
nis Titulô præfato Generoso Stanislao Bie-
linski Capitaneo Garvolinensi, Ipsiusq;
Successoribus dedit, donavit, inscripsit, et
resignavit, prout præsentibus dat, donat,
inscribit et resignat perpetuo et in æv um
nihil sibi, suisq; Successoribus, vel cuipiam
alteri quidquam Juris, tituli, Dominij, pro
prietatis, aut cujusvis prætextû ad sæ-
pedicta Bona reservando, et excipiendo,
sed totum ac integrum Jus suum hæredi-
tarium in Personam mentionati Gene-
rosi Stanislai Bielinski Capitanei Gar-
volinensis transferendo, et derivando evi-
terne. In quæ quidem Bona præsenti-
bus donata Idem Magnificus Recogno-
scens prædicto Generoso Stanislao Bie-
linski Capitaneo Garvolinensi quando-
cunq; voluerit per Ministerialem Regni
quemvis Generalem, et Nobiles Duos,

quos

quos facilius protempore conducere poterit
acceptandam, Intromissionem dat, et defacto
admittit, datamq; et admissam nec per se, nec
per quasvis subordinatas ave Personas quo-
modolibet prepediturum quinimo Eundem Ge-
nerosum Stanislaum Bielinski Capitane-
um Jarvolinensem in pacifica possessione su-
pra expressorum Bonorum cum Jure Patro-
natûs, ac præsentandi conservaturum se
suis cum Successoribus submittit et obligat,
Juitionem et Evictionem omnimodam gene-
ralem, et specialem ab omnibus et singulis
impedimentis quocunq; nomine vocitatis,
ac quibusvis prætensionibus ratione pre-
allegatorum Bonorum oriundis, tum in-
petitione Juridica et extrajuridica ca-
vet, et sese respectu ejusdem evictionis in
et super omnibus Bonis suis inscribit, et
assecurat. Jdq; sub Damnis Terrestribus
simpliciter absq; Juramento corporali ta-
xandis. Eo quibus casu non prestita Evi-
ctionis ad Forum competens Citatus exi-
stens, aut Successores Ejus Citati semper

in primo

in primo Citationis Termino tanquam peremptorio stare, Juri parere, respondere, et omne judicatum pati, Damnaq; Terrestria succubita solvere, et nihilominus Inscriptioni praesenti Donatariae in toto, et per omnia satisfacere suis cum Successoribus, /: semotis omnibus Juris protellationibus :/ debebit acternebitur. De Summis vero quibusvis ex suprascriptis Bonis videlicet Parysow, Horztow, Choiny, Gorki, Goletzki Porchla — Pszanka, Lukowiec, et Sortibus in Dembe Budziska et Kotaczki, quaesitis deportatis, et exolutis cedit. Hàc sua personali Recognitione ad praemissa mediante. In forma alias Inscriptionis Donatariae Resignatoriae et Evictionis plenissima et de Jure perfectissima. Quam pro majori firmitate Idem Magnificus Recognoscens Manuproprià subscripsit. J. Bielinski S. R. M. mp Quam ejusmodi Donationem sicut praemissum factam, et recognitam, Nos ratam, firmam, ac de Jure validam habentes, haberiq; ab omnibus volentes, eam ad Acta praesentia Metricae

Regni

Regni suscipi, ijsdem inseri, et Parti postulanti authentice extradi permisimus. In Quorum fidem &c: Actum et Relatio ut supra.

Sub eodem Actu

Donat M. Supr: Riñi Marcschal: cus Gnõso Stanislao Bielinski Capitt Tarvolinen Sortem Oppidi Stara Debica et Villam Lawierzbna.

Augustus Tertius &c.

Significamus &c: Quomodo coram Nobis Actisq̃ presentibus Metrices Regni Cancellaria Nostra Majoris personaliter comparens Magnificus Franciscus Bielinski Supremus Regni Mareschalcus, Rohatinensis &c: Capitaneus Sanus mente et corpore existens, à Foro, Terris, Districtibus et Jurisdictione sua quavis propria et competenti recedendo, presenti vero Nostrae Regiae Jurisdictioni se cum Bonis suis generaliter omnibus subijciendo &incorporando sponte, palàm, liberè, ac per expressum recognovit presentibusq̃ recognoscit. Quia Ipse Generoso Stanislao Bielinski Captaneo

Capetaneo Garvolinensi, olim Magnifici Michäe-
lis Bielinski Palatini Culmensis cum Magni-
fica Thecla de Peptowskie Matrimonialiter
procreato Filio sui vero Recognoscentis ex
Fratre Nepoti, Ejusq; Successoribus jam-
nunc, et defacto, Bona sua videlicet Ter-
tiam Sortem Oppidi Stara Dębica totam-
verò et integram Villam Zawierzbna in La-
tinatu Sandomiriensi, Districtu verò Pil-
nensi sita, propria et Hæreditaria cum Ju-
re Patronatûs, et Præsentandi, tumomni,
et integro Jure suo, Dominio, proprieta-
te, hæreditate, Titulo; hæreditario, Curijs,
Prædijs, Areis, fundis, agris, pratis, campis,
cultis et incultis, novalibus, agrorum-
conterminationibus, segetibus, frumentis,
Hortis, pomarijs, alvearijs, pascuis, pasca-
arijs, expulsorijs, borris, nemoribus, rube-
tis, virgultis, indaginibus, Stagnis, piscinis,
fluvijs, fluminibus, torrentibus molen-
dinis, molendinatoribus, Tabernis, Taber-
natoribus, braxatorijs, ædificijs, structuris,
stabulis, granarijs, oppidanis, Cmetho-
nibus, Hortulanis, Jnquilinis, Jncolis cumq;
omnibus subditis prædictorum Bonorum
tam in Bonis residentibus, quam profugis

ubicunq; locorum existentibus, eorumq; Uxoribus, liberis, gazis, Domibus laboribus, Vigilijs, Dationibus, obedientia, nec non cum omnibus usibus, fructibus, reditibus, proventibus emolumentis, attinentijsq; et pertinentijs universis desertis, quomodocunq; vocatis ad eadem Bona nunc, et antiquitus spectantibus, nullis penitus exceptis ità latè, longè, et circumferentialiter prout præmentionata Bona in suis metis, ac limitibus extenduntur, sive extendi debent, et prout per Ipsum Magnificum Recognoscentem vigore Juris sui hereditarij possidebantur, possideriq; debebant, nihil in ibidem pro se, et Successoribus Suis, vel quopiam alio reservando, sed omnibus in genere, et singulis in specie comprehensis, et demum cum omnibus Juribus, Inscriptionibus, et quibuscunq; Literatorijs documentis, et dispositionibus ad hæreditatem dictorum Bonorum spectantibus, et sese regulantibus, meró, veró, puró, et irrevocabilis Donationis Titulo, præfato Generoso Stanislao Bielinski Capitaneo Parvolinensi, Ipsiusq; Successoribus dedit, donavit, inscripsit et resignavit,

prout

prout præsentibus dat, donat, inscribit, et re:
signat perpetuo, et in æviurn, nihil sibi, suisq;
Successoribus, vel cuipiam alteri quidquam
Juris, Tituli, Dominij proprietatis, aut cu:
jusvis prætextus ad sæpedicta Bona reser:
vando, et excipiendo, sed totum, ac integrum
Jus suum hæreditarium in Personam men:
tionati Generosi Stanislai Bielinski Ca:
pitanei Garvolinen, transferendo, et deri:
vando devitenè. In quæ quidem Bona præ:
sentibus donata, Idem Mgcus Recognoscens
prætacto Generoso Stanislao Bielinski
Capitaneo Garvolinensi quandocunq vo:
luerit per Ministerialem Regni quem:
vis Generalem, et Nobiles duos, quos faci:
liùs pro tempore conducere poterit, acce:
ptandam Intromissionem dat, et de facto
admittit, datamq; et admissam nec per se,
nec per quasvis subordinatas a se Personas
quomodolibet præpediturum, quinimo Eun:
dem Generosum Stanislaum Bielinskii
Capitaneum Garvolinensem in pacifica pos:
sessione supra expressorum Bonorum cum
Jure Patronatûs Præsentandi conservatu:
rum se suis cum Successoribus submittit,
et obligat. Tuitionem, et Erictionem omni:

modam

modam generalem et Specialem ab omnibus
et Singulis impedimentis quocung nomine
vocitatis, ac quibuscung pretensionibus
ratione prealleg atorum Bonorum oriun-
dis, tum impetitione Juridica et extrajuri-
dica cavet, et sese respectu ejusdem Evictio-
nis in et super omnibus Bonis suis inscri-
bit, et assecurat. Idq; sub damnis Terre-
stribus simpliciter, absq; Juramento cor-
porali taxandis. Pro quibus casu non —
præstita Evictionis ad Forum competens
Citatus existens, aut Successores Ejus Cita-
ti semper in primo Citationis Termino, tan-
quam peremptorio, stare, Juri parere, respon-
dere et omne Judicatum pati, Damnaq; Ter-
restria sucubita solvere, et nihilominus
Inscriptioni præsenti Donatariæ in toto, et per
omnia satisfacere. suisq; Successoribus se-
motis omnibus Juris protellationibus de-
bebit, ac tenebitur. Hâc suâ personali Re-
cognitione ad præmissa mediante. In forma
alias Inscriptionis Donatariæ, Resi-
gnatoriæ, et Evictionis plenissima, et
de Jure perfectissima. Quam pro majori-

mitate

mitate Idem Mgcus Recognoscens Manu pro-
pria subscripsit. F. Bielinski S. R. M. mp.
Quam ejusmodi Donationem sic ut præmissam
factam, et recognitam, Nos ratam, firmam,
ac de Jure validam habentes, haberiq̃ ab omni-
bus volentes, eam ad Acta præsentia Me-
trices Regni suscipi, ijdem inseri, et Larti
Postulanti authentice extradi permisimus.
In Quorum fidem &c. Actum et Relatio ut
supra.

Sub eodem Actu.

Donat Bona Radtowa et alia-
Mcus Supr. Rñi Mareschalcus Gso
Stanislao Bielinski Capitt Gar-
volinen
Augustus Tertius &c.
Significamus &c. Quomodo coram Nobis, Actisq̃
præsentibus Metrices Regni Cancellariæ
Nostræ Majoris personaliter comparens,
Mgcus Franciscus Bielinski Supremus
Regni Mareschalcus Rohatinensis &c.
Capitaneus, sanus mente, et corpore exi-
stens, à Foro, Terris, Districtibus, et Juris-
dictione sua quavis propria, et competen-
ti

ti recedendo, praesenti vero Nostra Regia Ju-
risdictioni se cum Bonis suis generaliter
omnibus subijciendo, et incorporando sponte,
palam, liberè ac per expressum recognovit,
praesentibusq Recognoscit. Quia Ipse Gene-
roso Stanislao Bielinski Capitaneo Garwo-
linensi olim Magnifici Michaelis Bielin-
ski Palatini Culmensis cum Magnifica Hie-
rla de Peplowskie matrimonialiter procre-
ato Filio, sui vero Recognoscentis ex Patre
Nepoti, Ejusq Successoribus jam exnunc, et
defacto, Bona sua videlicet, Radtowa,
Ociązka, et Swieligowa tota et integra in
Palatinatu, et Districtu Calisiensi sita pro-
pria, et hæreditaria cum jure Patronatûs,
ac præsentandi, tum omni, et integro Jure suo
Dominio, proprietate, hæreditate, Titulo q
hæreditario, Curijs, Prædijs, areis, fundis, agris,
pratis, campis, cultis et incultis, novalibus,
agrorum conseminationibus, segetibus, fru-
mentis, hortis, pomarijs, alvearijs, pasqui-
is, pascuarijs, expulsorijs, bonis, memori-

bus

bus, rubetis, virgultis, indaginibus, stagnis, pisci-
nis, fluvijs, fluminibus, torrentibus, Molen-
dinis, Molendinatoribus, Tabernis, Tabernatori-
bus, Braxatorijs, adificijs, Structuris, Stabulis-
granarijs, Oppidanis, Cmethonibus, Hortula-
nis, Inquilinis, Incolis, cumq; omnibus Sub-
ditis, prefatorum Bonorum, tam in Bonis
residentibus, quam profugis ubicunq; locorum
existentibus, Eorumq; uxoribus, liberis, gazis,
Domibus, laboribus, vigilijs, Dationibus obe-
dientia, nec non cum omnibus, usibus, fru-
ctibus, reditibus, proventibus, emolumen-
tis, attinentijsq; et pertinentijs universis
desertis quomodo.cunq; vocitatis, ad eadem
Bona, nunc et antiquitus spectantibus -
nullis penitus, exceptis, ita, latè, longè, et
circumferentialitèr prout mentionata Bo-
na in suis metis ac limitibus extenduntur,
sive extendi debent, et prout per Ipsum Ma:
gnificum Recognoscentem vigore Juris
sui hæreditarij possidebantur, possideriq;
debebant nihil inibidem pro se, et Suc-
cessoribus suis, vel quopiam alio reser-
vando, sed omnibus in genere, et singulis
in specie

in Specie comprehensis, et demum cum omnibus
Juribus Jnscriptionibus, et quibuscunq; Litera:
torijs Documentis, et Dispositionibus ad hæredi:
tatem dictorum Bonorum spectantibus, et se
se regulantibus, merô, verô, purô, et irrevocabilis
Donationis titulô prafato Generoso Stanislao
Bielinski Capitaneo Garvolinensi, Ipsiusq;
Successoribus dedit, donavit, inscripsit et resi:
gnavit, prout presentibus dat, donat, inscribit,
et resignat perpetuo et in evum, nihil sibi, —
suisq; Successoribus, vel cuipiam alteri quid-
quam Juris, Tituli, Dominij, proprietatis, aut
cujusvis pratextus ad sapedicta Bona reser:
vando, et excipiendo, sed totum, et integrum
Jus suum Hareditarium in Personam mentio:
nati Generosi Stanislai Bielinski Capitanei
Garvolinensis transferendo, et derivando cui:
terne. In qua quidem Bona presentibus
donata Idem Mgcus Recognoscens prata:
cto Gnoso Stanislao Bielinski Capitaneo
Garvolinensi quandocunq; voluerit per Mi:
nisterialem Regni quemvis Generalem, et
Nobiles duos, quos facilius pro tempore con:
ducere

ducere pote
dat, et defac
nec per se, n
sonas, quom
eundem Gene
pitaneum
supra expre
tronatus pr
cum Succes
Juitionem,
neralem, et
gulis impe
citatis, ac q
ne pr alle
tum impeti
dica cavet,
ctionis in e
inscribit, et
Terrestribu
corporali
prestita e
Citatus ex
Citati sen

ducere poterit, acceptandam Intromissionem
dat, et defacto admittit, datamq̃ et admissam,
nec per se, nec per quasvis Subordinatas à se Per-
sonas, quomodolibet prapeditunum, quinimo
Eundem Generosum Stanislaum Bielinski Ca-
pitaneum Jarvolinen in pacifica Possessione
supraexpressorum Bonorum cum Jure La-
tronatûs praesentandi conservaturum se suis
cum Successoribus submittit, et obligat.
Tuitionem, et Evictionem omnimodam ge-
neralem, et Specialem ab omnibus et Sin-
gulis impedimentis, quõcunq̃ nomine vo-
citatis, ac quibusvis pretensionibus ratio-
ne prdallegatorum Bonorum oriundis,
tum impetitione Juridica, et extrajuri-
dica cavet, et sese respectu ejusdem evi-
ctionis in et Super omnibus Bonis Suis
inscribit, et assecurat. Idq̃ sub Damnis
Terrestribus simpliciter absq̃ juramento
corporali taxandis. Pro quibus casu non
prestita evictionis ad Forum competens
Citatus existens, aut Successores Ejus-
Citati semper in primo Citationis Termi-
no

no, tanquam peremptorio, Stare, Juri, parere, re:
spondere, et omne Judicatum pati, Damna q̃
Terrestria succubita Solvere, et nihilominus
Inscriptioni præsenti Donatariæ in toto, et
per omnia satisfacere suis cum Successoribus
si: semotîs omnibûs Juris protellationibûs: /
debebit, ac tenebitur. Hâc suâ personali Re
cognitione ad præmissa mediante Jn for=
ma alias Jnscriptionis Donatariæ, et Evi=
ctionis plenissimâ, et de Jure perfectissimâ,
Quam pro majori firmitate Idem Mgcus
Recognoscens Manu propriâ subscripsit.
F. Bielinski S. R. M.mp Quam ejusmodi
Donationem, sic ut præmissum factam, et
recognitam, Nos ratam, firmam ac de Ju:
re validam habentes, haberiq̃ ab omni=
bus volentes, eam ad Acta præsenti a Me:
trices Regni susipi, ijsdem inseri, et Lar:
ti postulanti authentice extradi permi:
simus. In Quorum fidem &c: Actum
et Relatio ut supra

Sub eodem Actu
Donat Medictatem Lapidæ &c:

dani

dani sitâ, ceditq; de Summa ex ea-
dem Lapidea deportata Mcus Supre-
mus Rñi Mareschalcus Gñoso Sta-
nislao Bielinski Capitt Garvolinensi.

Augustus Tertius &c.

Significamus &c. Quomodo coram Nobis,
Actisq; praesentibus Metrices Regni Cancel-
laria Nostra Majoris personaliter compa-
rens Magnificus Franciscus Bielinski Su-
premus Regni Mareschalcus, Rohatinensis
&c. Capitaneus, sanus mente, et corpore exi-
stens, a Foro, Terris, Districtibus, et Juris-
dictione quavis propria, et competenti re-
cedendo, praesenti vero Nostra Regia Ju-
risdictioni, se cum Bonis suis, generaliter
omnibus subijciendo, et incorporando spon-
tè palàm, liberè, ac per expressum reco-
gnovit, praesentibusq; recognoscit. Quia
Ipse Generoso Stanislao Bielinski Ca-
pitaneo Garvolinensi olim Magnifici
Michaelis Bielinski Palatini Cul-
mensis cum Magnifica Thecla de Se-
ptowskie matrimonialiter procreato
Filio, sui vero Recognoscentis ex Fratre
Nepoti

Nepoti, Illiusq; Successoribus, jam exnunc,
et de facto Medietatem Lapidea in Civitate
Gedanensi, Platea longa vocitata, sub Si-
gno Magni Christophori sitâ, ex Jure Cul-
mensi post Magnificam olim Dorotheam
Henriettam de Rebendowskie ad se Reco-
gnoscentem, tanquam Maritum spectan-
tem cum omni, ac integro Jure Suo Domini-
proprietate, propinquitate, Titulo; hære-
ditario, tum ædificijs, structuris, Stabulis,
granarijs, muris, cunctisq; attinentijs, comi
modis, utilitatibus ac fructibus generali-
ter omnibus, ad prædictam Medietatem
Lapidea spectantibus, nihil sibi, suisq;
Successoribus quidquam Juris, aut cujusvis
pretensionis ad eandem reservando, vel ex-
cipiendo, dat, donat, confert, inscribit, &
resignat, purâ, merâ verâ, irrevocabiliq;
Donationis Intromissionem Ipsi in præ-
tactam Medietatem Lapidea præsen-
tibus resignatam officiose acceptandam
libere dat, et admittit. Evictionem insuper
et Tuitionem omnimodam ab omnibus

d singulis

et singulis quarumvis Personarum impedi-
mentis prestandam cavet, eamq in et super
Bonis suis generaliter omnibus suis cum
Successoribus inscribit. Simulq de Summa
Capitali Octodecem Millium Flore polon
atq Provisionali distincta per olim Ma-
gnificum Georgium Prebendowski Supre-
mum Regni Thesaurarium, et respectivè
suprascripta, olim Magnifica Consortis
sui Recognoscentis Patrem, a Spō Jo-
anne Hiacyntho Mathij Cive, et Mer-
catore Gedanen contracta, Eidemq Nobi-
li Joanni Hiacyntho Mathÿ una cum
Provisione persoluta, sibiq cessa, cum-
omni, et Integro Jure, ac Possessione actua-
li in Personam præmemorati Generosi Sta-
nislai Bielinski Capitanei Garvolinen
Ejusq Successorum cessit, condescendit,
prout quidem præsentibus cedit, et con-
descendit, omneq, et integrum Jus suum
ad prænissa serviens in sæpefatum Gnō
Sum Stanislaum Bielinski Capitaneum
Garvolinensem, Ejusq Successores, totali-
ter, et plenarie transfert, transfudit, et in-
corporat

corporat. Hãc suâ personali Recognitione
ad præmissa mediante. In forma alias Do-
nationis, simulq; Cessionis plenissima, et
de Jure perfectissima. Quam pro Majori
firmitate Idem Mgcus Recognoscens
Manu sua propriâ subscripsit. F. Biez
linski S. R. M. mp Quam ejusmodi Dona-
tionem simulq; Cessionem, sicut præmissam
factam, et recognitam, Nos ratam firmam
ac de Jure validam habentes, haberiq; ab
omnibus volentes, eam ad Acta præsentia
Metrices Regni suscipi, ijsdem inseri, &
Parti postulanti authentice extradi per-
misimus. In Quorum fidem &c. Actum,
et Relatio ut Supra.

Sub eodem Actu

Edit de Summis ex Bonis Miast:
Kow, et alijs deportatis Mgcus Supr:
Rñi Marschalcus Jñoso Stani-
slao Bielinski Capitt. Garvolinensi.
Augustus Tertius &c:
Significamus &c. Quomodo coram Nobis,
Actisq; præsentibus Metrices Regni
Cancellaria

Cancellaria Nostra Majoris personaliter
comparens Magnificus Franciscus Bielinski
Supremus Regni Marschalcus, Rohatinen
sis: Capitaneus, sanus mente, et corpore exi-
stens, à Foro, Terris, Districtibus, et Juris-
dictione sua quavis propria et competenti
recedendo, præsenti verò Nostræ Regiæ Ju-
risdictioni secum Bonis suis generaliter
omnibus subijciendo, et incorporando sponte
palàm, liberè, ac per expressum recognovit,
præsentibusq; recognoscit. Quia Ipse de-
omni et integro Jure suo infrascripto, vide-
licet de Summis quibusvis ex Bonis-
Miastkow, Kościelny, Miastkow Stary,
Brzegi, Glinki, Rudnik, Zabrzydy, Kru-
szowka, Wzgorze, Przykury cum attinen-
tijs et pertinentijs in Palatinatu Ma-
sovia Terra verò Cernensi consistenti-
bus exonere tam olim Magnifici Georgij
Lubendowski Supremi Thesaurarij Regni
Patris, quam Magnificæ Henriettæ Do
rotheæ Filiæ, sui vero Magnifici Re-
cognoscentis Consortis deportatis, et exo-
lutis

lutis atq; per Creditores in Personam Ejusdem
Magnifici Recognoscentis cessis cum omni
et integro Jure proprietate, Dominio, et propiñ:
quitate ad easdem Summas habitis, nihil Si:
bi, suisq; Successoribus aut alio quopiam am:
plius Juris reservando jam exnunc de facto,
in Personam Generosi Stanislai Bielinski Ca:
pitanei Garvolinensis olim Mgci Michaelis
Bielinski Palatini Culmen: cum Mgca
Thecla de Peptowskie matrimonialiter pro:
creati Filij, sui vero Recognoscentis Fratre
Nepoti, Ejusq; Successorëbus cessit, et con:
descendit, prout quidem presentibus cedit,
et condescendit, omneq; et integrum Jus suum
ad premissa servens cum actuali dicto:
rum Bonorum possessione in Eundem Gene:
rosum Stanislaum Bielinski Capitaneum
Garvolinensem, Ejusq; Successores totaliter et
plenarie transfert, transfundit, et incorporat,
Et jam exnunc Idem Magnificus Recogno:
scens in hoc Idem Jus cessum, et Summas
in supramentionatis Bonis hærentes, atq;
Ipsa Bona superius specificata Juribus
Suis

suis obnoxia, realem Intromissionem, et Actua-
lem possessionem supra fato Generoso Stani-
slao Bielinski Capitaneo Parvolinensi, Cessio-
nario suo quandocunq; voluerit per Ministe-
riales quemvis Regni Generalem acceptan-
dam, præsentibus dat, et de facto admittit,
ac Evictionem et Tuitionem ex re et persona
sui, suorumq; Successorum cavet, Forumq; ad
respondendum quodvis Regni competens sibi
assignat. Hac suâ personali Recognitione
ad præmissa mediante. In forma aliàs Cessio-
nis, Juriisq; Transfusionis plenissima, -
et de Jure perfectissima. Quam Idem Mgus
Recognoscens Manu propriâ subscripsit.
F. Bielinski S. R. M. mp Quam ejusmodi
Cessionem, Juriisq; Transfusionem Nos -
ratam, firmam, ac de Jure validam haben-
tes, habericq; ab omnibus volentes, eam
ad Acta præsentia Metricas Regni suscipi
ijsdem inseri, et Parti postulanti au-
thentice extradi permisimus. In Quo-
rum fidem etc. Actum et Relatio
ut Supra.

Sub

Sub eodem Actu.

Cedit de Summis certis Mfcus Su: prem: Rñi Mareschalcus Snõsis Francisco, et Stanislao Bielin: skim.

Augustus Tertius Dei

Significamus etc: Quomodo coram Nobis, Actisq̃ presentibus Metricis Regni Cancellaria Nostrae Majoris personaliter comparens Magnificus Franciscus Bieliński Supremus Regni Mareschalcus, Rohatinensis etc: Capitaneus Samus mente, et corpore existens, a Foro Terris Districtibus, et Jurisdictione sua quavis propria et competenti recedendo, praesenti vero Nostrae Regiae Jurisdictioni se cum Bonis Suis generaliter omnibus subijciendo, et incorporando sponte, palam, libere, ac per expres: sum recognovit, praesentibusq̃ recognoscit. - Quia Ipse praeter Summas ex Bonis Radtow cum attinentijs, et Miasthkow itidem cum pertinentijs, tum ex Lapidea Sedanensi jam alias Generoso Stanislao Bielinski

Capitaneo

Capitaneo Parvolinensi seorsive cessas de omni
et integro Jure suo infrascripto, videlicet de
Summis tam ex onere Magnifici olim Georgij
Rebendowski Supremi Regni Thesaura-
rij Patris, super Bonis Ejusdem hærente,
quam ex onere Magnifice olim Dorothee
Henriettæ de Rebendowskie Ipsius Filiæ,
sui verò Recognoscentis Consortis, tum-
quoq; Magnifici olim Joannis Nicolai Ra-
dziwill Palatini Novogrodensis in primo
voto prædictæ Magnificæ Dorotheæ Hen-
riettæ de Rebendowskie Mariti, variis
Creditoribus debitis, et per Eundem Ma-
gnificum Supremum Regni Marschal-
cum modernum Recognoscentem prä-
vijs Cessionibus, et Quietationibus,
in Personam sui recognitis deportatis
et persolutis; Tum quoq; de seorsiva
Summa per suprascriptam Magnifi-
cam Dorotheam Henriettam de Re-
bendowskie protunc Viduam, atq; de
auro, argento, clenodijs, alijsq; mobi-
libus Eidem Magnifico Francisco
Bielinskj

Bielinski Supremo Regni Marschalco,
Moderno Recognoscenti inscriptis cum
omni, et integro, Jure, proprietate, Domi=
nio, et Propinquitate, jam exnunc et defa=
cto in Personas Generosorum Francisci=
Osiecensis, et Stanislai Jarvolinensis,
Capitaneorum Bielinskich Fratrum inter
se Germanorum, olim vero Magnifici=
Michaëlis Bielinski Palatini Culmensis
cum Magnifica Thecla de Septowskie
matrimonialiter procreatorum Filiorum,
sui vero Recognoscentis ex Fratre Nepo=
tum, Illorumq; Successorum cessit, et conde=
scendit, prout quidem praesentibus cum pa=
rata et actuali Bonorum nonnullorum
in Palatinatibus Sandomiriensi, Calissien=
si, tum quoq; Brwinow et Kopytow cum at=
tinentijs in Palatinatu Masoviae consis=
tentium praefatis oneribus obnaxiorum pos=
sessione cedit, omneq; et integrum Jus Suum
ad praemissa habitum, nihil sibi Tituli re=
servando in Personas supradictorum Ge=

nerosorum

nerosorum Francisci Osiecensis, et Stanislai
Pagvolinensis Capitaneorum Bielinskich-
Fratrum inter se germanorum Eorumq̃
Successorum transfert, et transfundit, et
jam exnunc in hoc Idem Successum ac
Summas nominatas, atq̃ Bonamentio
nata. Intromissionem Ejdem Cessiona-
rijs suis quando voluerint, per Minister-
rialem. quemvis Regni Generalem acce-
ptandam praesentibus dat, et defacto ad-
mittit ac Evictionem et Tuitionem ex re
et Persona Sui, Suorumq̃ Successorum ca-
vet Forumq̃ ad respondendum quodvis
Regni competens sibi assignat. Hac sua
personali Recognitione ad praemissa me-
diante. In Forma alias Cessionis, Jurisq̃
Transfusionis plenissima, et de Jure per-
fectissima. Quam Idem Magnus Reco-
gnoscens manu propriâ subscripsit. F.
Bielinski S.R.M.mp Quam ejusmodi
Cessionem Jurisq̃ Transfusionem Nos
ratam, firmam, ac de Jure validam ha-
bentes, haberiq̃ ab omnibus, volentes, cam
ad acta praesentia Metrices Regni Susci-

pi

pi, ijsdem inseri, et Parti postulanti au-
thentice extradi permisimus. In Quorum
fidem &c: Actum ut supra. Relatio Ejus-
dem Illrmi Procancellarij Regni.

Actum Varsaviæ
Feriâ Sextâ post Do-
minicam Rogatio-
num proximâ Die sci-
licet Vigesimâ Quin-
tâ Mensis Maij Annô
Dñi Millesimô Septin-
gentesimô Quinqua-
gesimô Nonô.

Constituunt Plenipotentes Gnôsi
Franciscus Osiecensis et Stani-
slaus Garvolinensis Capitanei
Bielinscy Fratres.

Augustus Tertius &c:

Significamus &c: Quomodo coram Nobis,
Actisq; præsentibus Metrices Regni Can-
cellaria Nostra Majoris personaliter-
comparentes Generosi Franciscus Osiecen-
sis

sis, et Stanislaus Jarvolinensis, Capitanei
Bielinsy Fratres interse germani sani
mentibus, et corporibus existentes à Foro,
Terris, Districtibus, et Jurisdictionibus
suis quibuscris proprijs, et competentibus
recedendo, presenti vero Nostræ Regiæ
Jurisdictioni se cum Bonis suis generaliter
omnibus subijciendo, et incorporando
sponte, palàm, liberè, ac per expressum re-
cognoverunt, presentibusq; recognoscunt.
Quia Ipsi Generosos Gabrielem Lesiewski
Judicem Terrestrem Ravensem Laurenti-
tium Zielinski Venatorem Sochacovi-
ensem, Josephum Komierowski Regentem
Supremi Mareschalcatus Regni, Joan-
nem, Ignatium, et Felicem Plaskowski,
Antonium Brzozowski Decretorum Judi-
ciorum Nostrorum Rni Postcurialium
Notarium, Ignatium Ludovicum Nowicki
Metrices Regni Cancellaria Nostræ Ma-
joris Prefectum, Josephum Assessorem Ter-
restrem Dirschavien, tium Joannem, &
Antonium, Gorskich Fratres interse ger-
manos, Michaelem Mrozowski Judiciorum
Regni Referendarium Notarium, Ra-
phaelen

jphàelem Skarbek Kozietulski, Thomam Sudrawski, Joannem Reyman, Laurentium Czarnecki Lancicien sem, Joannem Tymowski Vielunensem Castrenses Regentes, Thomam Ensiferum Gostinen, et Constantium Burgrabium Castrensem Cernensem Laborowski, Albertum Szamocki Varsaviensem, Joannem Sokolnicki Ravensem, Thesaurarios, Leopoldum Boguslawski Losaniensem, Cajetanum Heryniewiecki Camenecensem, Martinum Lopuski Drohiczensem, Regentes, Casimirum Horoch Chelmensem, Josephum Lityński Belzensem Thesaurarios, Stanislaum Baczynski Iribunum Ovruccensem, Jacobum Dąbrowski, Stanislaum, et Albertum Sadowskich, Antonium Kiedrowski, Antonium Czyzewski, Lucam Koztowski S.R.M. Secretarium, Antonium, et Stanislaum Więckowskich, Stanislaum Miklaszewski Valentinum Puchata, Augustinum Niemiera, Nicolaum Osmolski, Valentinum Drążdżewski, Christophorum Stączyński, Josephum Sulinski et Michaelem Węgrzecki in suos

vero

veros, legitimos, ac indubitatos Plenipotentes eligunt, constituunt, faciunt, inscribunt, et Solenniter ordinant, dantes et concedentes Ipsis tam divisim, quam conjunctim plenariam, facultatem, omnimodamq̃ potestatem Causas, suorum Recognoscentium Juridicas generaliter omnes, et singulas, cum quibuscunq̃ Personis occasione cujuscunq̃ negotij in omni officio, et Judicio Majoris, Minorisve Subsellij habitas, et habendas, institutas, et instituendas, promovendi, defendendi, Jure tuendi, comparitiones inserendi, Decreta suscipiendi, a Contrarijs appellandi, seu movendi Juramenta attendendi, pœnas Judiciarias, levandi, de levatis quietandi, Intromissiones in Bona offerendi, et apprehendendi, Executiones urgendi, arresta imponendi, Commissiones Granitiales attentandi, perayendi, alios Plenipotentes in locum sui cum simili, vel limitata potestate instituendi, Cæteraq̃ pro Causarum et negotiorum exigentia debitõ Juris ordine perayendi et exequendi, offerendo se omnia per Ipsos legitime et juridice

peracta

peracta, pro rato, et valido suscepturos. Quam
Plenipotentiam ad Triennium duraturam
Idem Generosi Recognoscentes, manibus
propriis subscripserunt. F. Bielinski —
C. O. mp. S. Bielinski C. G. mp. Quamejus-
modi Plenipotentiam, sic ut praemissum
factam et recognitam, Nos ratam, firmam
ac de Jure validam habentes, haberiq; ab —
omnibus volentes, eam ad Acta praesentia
Metrices Regni suscipi, Ejsdem inseri, et —
Parti postulanti authentice extradi permi-
simus. In Quorum fidem &c. Actum et Re-
latio ut supra.

Sub eodem Actu
Constitutit Plenipotentes Illus
Bielinski Suprem Rñi Mare-
schalcus.
Augustus Tertius &c.
Significamus &c. Quomodo coram Nobis,
Actisq; praesentibus Metrices Regni Can-
cellaria Nostra Majoris personaliter
comparens Magnificus Franciscus
Bielinski Supremus Regni Mareschal-
cus Rohatinensis &c. Capitaneus vanus
mente

mente, et corpore existens, à Foro Terris. Districtibus, et Jurisdictione sua quavis propria, et competenti recedendo, præsenti vero Nostra Regia Jurisdictioni secum Bonis suis generaliter omnibus subijciendo, et incorporando sponte, palam, libere, ac per expressum recognovit, præsentibusq; recognoscit. Quia Ipse Generosos Ce: tner Stocensem, Bekierski Sokolowiensem, Strzemeski Barecen: sem, et Romanum Szumlanski Rawen: censem Capitaneos, Borzystawski Ve: xilliferum, et Vice Capitaneum, Kilianum Wistocki Dapiferum, Swier: ski Subdapiferum, Trębovoliensem, Jose: phum Gosiewski Ciechanoviensem, et Vice Capitaneum Haliciensem, Zbychalski Lawicensem itidem Subdapiferos, Blaze: wski Vice Capitaneum Leopoliensem Molski Castellanidam Roho: zinensem, Basilium, et Constantinum Szumlanskich Vexilliferidas Haliciens: ses, Stonski, Nicolaum Osmol

ski

ski, Kopystynski, Krzywo-

wicz, Korycki, Lipinski,

Robakowski, Krajewski Mic:

Kiewicz, Radziwanowski, Fal:

borg, Idzkowski, Basilium Mathkow-

ski, Stephanum et Joannem Czaykowskich,

Joannem et Ignatium Siedlinskich, Georgi-

um Sardynski, Casimirum Jutawski, Adal-

bertum Dobracki, Joannem, sive alius no-

minis Lewicki Josephum Jakbowski, Casimi-

rum Juchowicz, Joannem Paciewicz, Joannem

Ktodnicki, Casimirum Jankiewicz, Martinum

Kachanski, Basilium Loziński, Ignatium

Gorski, Paulum Czerkawski, Jacobum Sobo-

lewski, Basilium et Alexandrum Zarskie,

Joannem Ubowski, Martinum Butrymo-

wski, Joannem Bodakowski, Laurentium

Kędzierski, et Karczewski in suos

veros, legitimos, ac indubitatos Plenipo:

tentes eligit, constituit, facit, inscribit

et solemniter ordinat, dans, et concedens

Ipsis tam divisim quam conjunctim ple:

nariam facultatem omnimodam q̃ pote-

stat-

itatem Causas sui Recognoscentis Juridi-
cas generaliter omnes, et singulas cum
quibusvis Personis, occasione cujusvis ne-
gotij in omni Officio, et Judicio, Majoris
minorisve Subsellij habitas, et haben-
das, institutas, et instituendas, promo-
vendi, defendendi, Jure tuendi, Compa-
ritiones inscribendi, Decreta suscipien-
di, a Contrarijs appellandi, seu movendi,
Juramenta attentandi, penas Judicia-
rias levandi, de levatis quietandi, Intro-
missiones in Bona offerendi, et apprehen-
dendi, executiones urgendi, arresta im-
ponendi, Commissiones Granitiales at-
tentandi, peragendi, alios Plenipoten-
tes in locum sui cum simili, vel limita-
ta spotestate instituendi, ceteraq; pro-
Causarum, et negotiorum exigentia debitô
Juris Ordine peragendi, et exequendi, Offeren-
do se omnia per Ipsos legitimè, et Juri-
dicè peracta, prorato et grato susceptuum.
Quam plenipotentiam ad Ingenuum du-
raturam Idem Magnificus Recognoscens
manu propriâ subscripsit. F. Bielinski
S.R.M

S. R. M.rpp Quam ejusmodi Plenipoten-
tiam sic ut premissum, factam, et recogni-
tam, Nos ratam, firmam, ac de Jure validam
habentes, haberiq ab omnibus volentes eam
ad Acta presentia Metricas Regni suscipi,
ijsdem inseri, et Parti postulanti authen-
tice extradi permisimus. In Quorum fidem de-
actum et Relatio ut supra.

Actum Varsaviæ Fe-
riâ Quartâ post Festa
Solennia Sacri Pente-
costen proximâ Die
scilicet Sextâ Mensis
Junij Millesimô Sep-
tingentesimô Quin
quagesimô Nonô Annô.

Oblata Privilegij super Advocatiain
Villa Dębna Gnoso Gerwinski col-
lati.

Augustus Tertius &c.

Significamus &c. Quomodo coram Nobis,
Actisq presentibus Metrices Regni
Cancellaria Nostre Majoris persona-
liter comparens, Generosus Joannes Ger-
winski

winski Ostiarius Noster obtulit ad-
acticandum, actisq; præsentibus inseri-
bendum Literas Privilegij super advo-
catiam, seu Scultetiam in Villa Dz-
bna ad Capitaneatum Czerstynen-
sem spectan, sitt et jacen, post fata
Gnõsi Biekierski vacan gratio-
se sibi a nobis collatt, manuq; nostrã
Regiã subscriptt, et sigillo minoris
Cancellariæ Regni communitt, sanas,
salvas, et illesas, omniq; prorsus sus-
pitionis nota caren, tenoris sequentis.
Augustus Tertius Dei Gratiã Rex
Poloniæ, Magnus Dux Lithuaniæ, Rus-
siæ, Prussiæ, Masoviæ, Samogitiæ, Kijo-
viæ, Volhyniæ, Podoliæ, Podlachiæ Li-
voniæ, Smolensciæ, Severiæ, Czerniecho-
viæq; nec non Hæreditarius Dux Saxo-
niæ, et Princeps Elector. Significamus,
præsentibũs Literis Nostris, Quorum
interest Universis et Singulis, Quia Nos
compensando obsequia Generosi Joan-
nis Czerwinski Ostiarij Nostrij per Annos
Triginta fideliter, diligenterq; præstita,

faciendum

faciendum esse duximus, ut Ipsi Advocati
am sive Scultetiam Lanealem in Villa
Dębna ad Capitaneatum Nostrum Cor-
stynen spectante Litt, et jacen post fata
Generosi Biekierski vacantem,
et ad Dispositionem Nostram Regiam
devolutt daremus, et conferremus, prout
quidem hisce Literis Nostris damus et
conferimus, Quam quidem Advocatiam
sive Scultetiam Lanealem in Villa Dębna
jacentem modo premisso vacantem cum
omnibus edificijs, Structuris, agris, pratis
campis, Sylvis, Borris, Gais, nemoribus, la-
cubus, Stagnis, piscinis, Fluvijs, flumini-
bus, molendinis, braxatorijs, Tabernis, Sub-
ditis, eorumq diurnis laboribus, Censibus,
Dationibus, commodis et emolumentis, cun-
ctis denique attinentijs, et pertinentijs, nul-
lis penitus exceptis, sed ita latè, longè,
et circumferentialiter prout ab antiquis
et immediatis Possessoribus tenebatur,
Generosus Joannes Czerwinski Ostia-
rius Noster, tenebit, habebit, et possidebit
ad extrem

ad extera vita sua tempora. Promittimus autem pro Nobis, et Serenissimis Successoribus Nostris non esse Nos, Serenissimosq; Successores Nostros, ab usu et pacifica possessione dicta Advocatiæ sive Scultetiâ Lancalis supra expressum Generosum Joannem Czerwinski Ostiarium Nostrum, amoturos, aut alienaturos, neq; amovendi, aut alienandi potestatem cuipiam daturos, sed salvum, et integrum Jus Advitalitiale Ipsi conservaturos, quod et Serenissimi Successores Nostri præstabunt. Juribûs Nostris Regalibûs Reipublicæ, Ecclesiæq; Romano-Catholicæ salvîs manentibûs. In Quorum fidem præsentes manu Nostrâ subscriptas. Sigillô Regni communiri jussimus. Datum Varsaviæ Die IIda Mensis Junij Anno Domini MDCCLIX. Regni vero Nostri XXVI. Anno. Augustus Rex. Locus Sigilli Minoris Cancellariæ Regni. Advocatia sive Scultetia in Villa Dębna ad Capitaneatum Czorstinen spectans, vitl et jacens

post

post fata Jnōsi Biekierski vacans
Generoso Joanni Czerwinski Ostiario —
S.ae R.ae Mttis confertur. Antonius Sikorski
S.ae R.ae Mttis, et Sigilli Regni Secretarius mp
Ātergo vero earundem Literarum verba sunt
hac: Pro Cancellariatu Jllrmi Exĕllmi D —
Rmi Dni Michaëlis Comitis de Jranow
Wodzicki Decani Cathedralis Cracovien.
Abbatis Commendatarij Cervenen et Cla:
re Tumbe Pro Cancellarij Regni Sigilla =
tum. Quas ejusmodi Literas, sicut pre =
missum oblatas Nos ad Acta presentia
Metrices Regni suscipi, ijsdem inseri, et
Parti postulanti authentice extradi, origi =
nale vero rursus Eidem Jnōso offerenti resti
tui permisimus, de quo recepto Cancellariam
Nostram quietavit, presentibusq; quietat,
et manu propria se subscribit. Jan Czer =
winski. In Quorum Fidem &c. Actum et
Relatio ut supra.

Sub eodem. Actu
Oblata Salvi Conductus Nobili Huf:
manowey Vidue dati.

Significamus etc: Oblatas esse ad acta praesentia Metrices Regni Cancellariae Nostrae Majoris Literas Salvi Conductûs Nobl. Hoffmanowa Vidua, contra Spble utrumq; officium Civile Bidgostiense, tum Successores Hoffmanovianos, et Wilsonovianos, a Nobis gratiose datas, Manuq; Nostrâ Regiâ subscriptas, et Sigillô Minoris Cancellariae Regni communitas, sanas, salvas, et illaesas, omniq; prorsus suspitionis notâ carentes, tenoris sequentis: Augustus Tertius Dei Gratiâ Rex Poloniae, Magnus Dux Lithuaniae, Russiae, Prussiae, Masoviae, Samogitiae, Kijoviae, Volhyniae, Podoliae, Podlachiae, Livoniae, Smolensciae, Severiae, Czerniechoviaq; nec non Hereditarius Dux Saxoniae, et Princeps Elector. Significamus praesentibus Literis Nostris Quorum interest Universis, et Singulis. Expositum Nobis esse per certos Consiliarios Nostros Lateri Nostro assidentes, Nomine, & pro Parte Nobilis, et Virtuosa Mariannae olim Nobilis, et Spectabilis Hoffman Consulis Bidgostiensis

stien Consortis relictæ Viduæ, quod licet Cau-
sæ, et Actiones Judiciarie inter eandem Vidu-
am, et Successores Hoffmanovianos, et Wilsono-
vianos ratione Bonorum mobilium, et im-
mobilium, fatis prædicti olim Nobilis et
Spectabilis Hoffmanni relictorum, primo co-
ram utroq; composito Judicio Civili Bidgo-
stien Consulari et Advocatiali agitata,
demum ab eodem ad Judicium Interme-
dium officij Castren Capitanealis Bidgostien re-
missa, ac ibidem ventilata, tandem ab eodem
Judicio Intermedio ad Judicia Nostra Asses-
sorialia ex Citationibus Prosecutorialibus
dictarum Partium devoluta, quâ stante
Causæ ejusd principalis devolutione sub-
alterna, quoq; Causa vigore Rescripti No-
stri unilateraliter per memoratos Succes-
sores Hoffmanovianos, et Wilsonovianos
exportati in ejus executione promunera
Instigatoris Civilis ad prænemoratum
Judicium Compositum Civile Bidgostien
Eidem Nobili, et Honoratæ Hoffmanowa
Viduæ

Vidua instituta, et post legalem ejus Bid-
gostiã Varsaviam pro Judicijs Nostris As-
sessorialibus abscessum, ac si in Contumaciam
ejusdem Vtlis Vidua inibidem Bidgostiã
promota, pariterq; ex Citationibus grava-
minis, et ad reponendum supra fatum Rescri-
ptum Nostrum dicto Instigatori, ac Judicio
Composito Bidgostien. et Ejusdem Succesio-
ribus ex Instantia Vtlis Hoffmanowa edi-
tis ad Judicia Nostra Assessorialia, nempe
ad Incidentiam prioris Principalis Causæ
devenia, ac utriq; eadem Causæ in suis acto-
ratibus, et Reatibus Regestro Judiciali in
scripta, Decisioni Judicij Nostri actu subsint,
Litisq; pendentia inter easdem Partes inter-
cedat, vim tamen aliquam prædicta Nobilis
